4. Fuisse fœminam oblatam Deo. Sic certè Exod. 13. v. 12. *Quicquid habueris masculini sexûs consecrabis Domino*: quibus verbis explicatur lex præmissa primogenitorum n. 2. vt solùm comprehenderet mascululos. Verùm vt non erat puellarum oblatio præcepta, ita nec videtur prohibita, vt oblatio eiusmodi omnino singularis fuerit in Mariâ, quemadmodum indicat noster Georgius. Communem facit Epiphanius in Anchorato nu. 60. cùm sic ait: *Ὁ Ἰωσήφ γέρον ὦν ἔχρησεν καὶ ἀνάγκησεν κλήρον βαλλομετρῶν ὅτι χρεῖς ἔαγάμοις καθ' ἐπιπέτω φυλῶν εἰς τὰς ὑπὸ ναῦς παρθένοις, δεῖ τὸ ἀφισεσθῆναι ἐν τῷ ναὶ τοῖς σροποτόκοις παῖδας, ἀρρένας τὲ καὶ θηλείας, ἔλαβε καὶ κλήρον τὴν ἀγίαν παρθένον Μαρίαν. Hic Ioseph, cùm esset senex ac viduus, pro earum fornum necessitate, quæ per singulas tribûs in viduos ac cœlibes mittebantur ad virgines in templo educatas; solebant enim in templo consecrari primi liberi vtriusque sexûs; præ sanctâ Virginem Mariam sorte accepit: quibus duo dicit; alterum consueuisse oblatas Deo puellas primogenitas cuiuscunque tribûs ad annos vsque nubiles in templo educari; alterum consueuisse easdem sortitò tradi nuptui viduis contribulibus: quod tamen de viduis vniuersim minus placet. Quidni enim etiam traderentur virginibus? Videtur Epiphanius velle, eam in templo educationem consequenter habuisse ad legem primogenituræ, nec minus illâ fuisse communem, quod etiam non placet: atque hoc tantùm sensu eius rationem probauerim, vt quia Domi-*

Tomus I.

nus præcepisset sibi offerri primogenita, ex ijs tantùm possent puellæ virgines Deo sacræ in templo educari. Causam propriam oblatæ Mariæ perstringit Andreas Cret. orat. in eius Natalem: quod nimirum cœlesti dono ex sterili nata esset. *ἐπιδήσθη λθῆν ἐν τῷ ἀργῶν μίθῳ, ἢ ἐκ μίθῳ τῆ σάχμω τῆ ἀφιδαρσίας ἐκφύσασα, τῷ ναὶ τῶν τῶν, τῆ ἡλικίας τὸ πρῶτον ἀγροσαν ἀνδρῶν, οἱ τῶν κόντες πρῶτοντες ἀνέδεσαν.* Quod prodidisset ex matre sterili, quæ spicam immortalitatis edidit, eam parentes, primo ætatis flore, in templo obtulerunt. Hoc vnum singulare habuit Annæ votum illud, vt perpetuo anathemate edendam prolem Deo addiderit, ἔσαι λειτουργοῦ αὐτῆ πάσης τὰς ἡμέρας.

Ad orationem in Conceptionem ac Natiuitatem S. Mariæ.

Uolentissimè enarrat conceptæ Mariæ, ac natæ sacramenta, vtque illa ad Christum habeant, ac æternam beatitudinem, veramque gaudiorum segetem suggerant, quam nullus pius, nullus feridò Christianus, non gratam habuerit, minus ue ratam putaueri.

1. *Superna gloriæ argumenta.* τὰς δὲ τῆ ἀνωτάτω δόδοξίας ἐφόδοις. Vox ἐφόδοις suâ amplitudine non nihil obscurior: putem significari, τὰ τῆ οἰκονομίας, ac in Christo exhibita, per quæ nobis ad cœlestem verè supernam gloriam aditus est: quæntique prænunciauit Mariæ ortus præuicè proximeque ad ea habens.

2. *Innupta sponsa.* ἀνέμφωτος νόμφη. Aucto. homilia 1. de Ascen. t. 6. Ducæi. ἀνέμφωτος μίθῳ ὡδῆς. *Partus innuptæ matris*, quem vnum facit è tribus in Christo singulariter mirabilibus. Hesych. serm. 2. de laudibus Virg. t. 2. Gr. Blioth. PP. ἐχρηστο μήτηρ, ἔσκη ἐχρηστο νόμφη. *Mater effecta est, quæ minimè sponsa fuit*: Vbi νόμφη. intelligit fœminam nuptui traditam; quæ eius verba seueriùs notat censor marginalis, cùm sic apponit. *Cantè lege; verè siquidem sponsa ἔ coniuix fuit, quoad veritatem ἔ essentialiam coniugij, non quoad thorum, vel coniugij consummationem, vt docent Theologi.* Putes dedisse operam Suarezio, nisi magis ei Suarezium: Sic enim ille 3. p. q. 29. a. 1. d. 7. l. 1. *Dicendum B. Virginem, verum ac proprium matrimonium ratum cum Ioseph contraxisse: Hanc veritatem esse de fide, docent omnes Theologi in 4. d. 29. ἔ 30. ἔ sentit D. Thomas hîc.* Legi D. Thomam, legi plures ad eam distinctionem Scholasticos cum Magistro; nec vel leuiter insinuatam adueri, quod ita Suarez docere omnes illic Theologos, ac D. Thom. 3. p. q. 29. a. 2.

Fff ij

asserit. Docent quidem, aut insinuant, fuisse verum illud coniugium, solâ fere Augustini auctoritate fulti; eo autem gradu certum quo ponit Suarez, aut etiam proximo, nihil profus indicant. Solus Estius erroris notat, quam tenet Rupert. sententiam in illud Cant. *Nigra sum, sed formosa*: vt Maria post sex duntaxat menses ab Annunciatione Dominicâ, ac postquam reuerfa esset à domo Elizabet, fuerit collocata viro, ac in domum Ioseph traducta, quam tamen Salm. tom. 3. in primum illud Matth. mirificè sibi placere ait, defenditque, vt & Alphons. à Castro in historiâ B. Virginis. Vt nolim scolasticorum auctoritati detrâhere, haud tamen tantam putem, vt vbi etiam conspirent, existimem facere certum dogma, vbi maximè neque ipsi id sibi arrogant, nec aliud quàm opinionem se loqui putant, quâ de re egregiè noster Canus, optimè declarans quàm leui sæpe fundamento nitantur eiusmodi communes sententiæ, vt quis ad ipsam deducat originem. Non terretur Sanchez eo Suarezij *μορμολονείω*. Suarez, inquit, lib. 2. de essentiâ & consensu matrim. disp. 28. ait esse de fide, quod minimè crediderim: nam Canisius in *Mariâli lib. 1. cap. 5. §.* Iam vero, ait esse questionem arbitrariam, in quâ sine erroris periculo, potest vtraque pars defendi; & *Meina lib. 5. de sacrorum hominum continentia, cap. 64.* dicit posse probabiliter defendi, non fuisse verum matrimonium, sed sponsalia de futuro: quod cap. 61. & duplici sequenti ex multis sanctis probat. Sic certè probabile ostendunt, nihilque temerarium aut erroneum, vel contra fidem ij loci Patrum, qui innumerabiles afferri possunt, nec scio vtri melius soluant, num Salmcron, cùm sibi aduersos sentiens, ad vim vocis respicientes existimat fuisse deceptos. Quod verò, inquit, *desponsata in Evangelio hic dicitur, & Luc. 1. & 2. nequaquam tollit perfectum matrimonium de presenti, etiamsi Patres, ad vim vocis respicientes, aliter senserint*: num Scholastici alij, cùm ad se inuitos trahunt, contenduntque nihil aliud voluisse excludere, quàm matrimonij consummationem. Nam rogo, vt Chrysofomus exclusum omninò voluerit matrimonium, quibus aliis verbis vsus esset, quàm quibus hom. 4. in Matth. ita ait: *γυναικα ἣ ἐνταῦθα τὴν μνηστὴν λέγει. ὡς περ οὖν ἔλαμβεν εἰσάγειν ἢ γαμῶν λέγειν, καὶ πρὸς τὴν γαμῶν τοὺς μνηστῆρας.* Vocat hic uxorem, sponsam; quemadmodum etiam Scriptura solet vocare generos, ante etiam nuptias: Sic nimirum Gen. 19. v. 14. *Locutus est Lot ad generos suos, qui accep-*

turi erant filias eius. Vbi vidend. idem Chrysof. ad illam vocem, accipere. *ἢ εἰ ὅστις ὠραλαβῆν. ἐνδον κατεχειν. ἢ δὴ γὰρ αὐτὰ τῆ δαμόια ἀπολέλυτο. ταύτην ἢ ἀπολελυμένην, φησὶ, κατεχει, ἢ σοι ὠρα δίδωσι ὁ Θεός, ἢ οἱ γονεῖς. ὠρα δίδωσι ἢ σοι εἰς γάμον, ἀλλ' εἰς τὸ σωκοῦν καὶ ὠρα δίδωσι δὲ φωνῆς ἢ ἐμῆς. ὡς περ αὐτὴν ὁ χριστὸς ὑσεον παρέδωκε τῷ μαθητῇ, ἔπειτα ἔνω τῷ Ἰωσήφ.* Quid verò est, accipere? *Domini retinere: iam enim animo demiserat. Hanc, inquit, ita dimissam, retine, quam Deus tibi tradit, non parentes: Tradit autem non ad nuptias, sed vt eodem tecto habitet. Quemadmodum eam postmodum Christus tradidit Discipulo, sic nunc quoque tradit Iosepho.* Nicephor. lib. 2. cap. 3. *δὲ χριστὸς τῷ ἱερέων, τῷ Ἰωσήφ πρὸς φυλακὴν παρέδωκεν.* Tradita est per manus Sacerdotum Iosepho ad custodiam. Sic & Hierony. contra Heluid. *Non tam maritus, quàm custos.* clariusque Epiphani. aduersus Antidicomar. Nyssenus orat. in Christi Natiuit. Apocryphus de Natiuit. S. Mariæ, &c. Quibus item Cyrillus Hierosolym. quàm quibus Catech. 12. mentem exprimit? *μνημονύσωμεν γὰρ τὸ Ἰακώβ, τὸ πρὸν λαβεῖν τὴν Ραχὴλ, λέγοντος τῷ Λάβαν. ἀπόδος τὴν γυναῖκα μου. ὡς περ, γὰρ ἐπέειπεν πρὸς τὸ γαμικῆς κατὰσάσεως, τῷ μόνω ἐπιγαμλίαν εἶναι, γυνὴ τῷ Ἰακώβ ὠνομάζετο, ἔπειτα καὶ ἡ Μαρία τῷ μνηστῆρηναι, γυνὴ τῷ Ἰωσήφ ὠνομάζετο.* Quippe meminisse debemus Iacobi, vt nondum acceptâ Rachele dicat Laban; *Redde uxorem meam.* Quemadmodum enim illa ante celebratas nuptias, hoc tantum quòd promissâ esset, dicebatur Iacobi vxor, sic & Maria, eò quod desponsata esset, dicebatur vxor Iosephi. Agnoscat Salm. hunc locum difficilem, & cui tandem pia expositio adhibenda sit; quasi verò impius sit sensus quem exprimit. Nihil ita suspectum habuit, qui Cyrillo hanc marg. notulam addidit, nuperrimâ eius editione: *Maria vxor Iosephi solâ desponsatione.* Quod sanè ipsum vrget idem Cyrillus expendens vocem illam, *desponsatâ.* *ὅτι εἶπε, ὅτι τῆ γυναῖκα αὐτῆς, ἀλλὰ τῆ μνηστῆρην αὐτῆς.* Non dixit cum uxore eius, sed cum desponsatâ ipsi. Adiectam verò vocem vxoris ab Evangelistâ, sic Hierony. glossat. *Iam supra diximus, sponsas vocari uxores, quòd plenius liber contra Heluidium docet.* Dixerat antea. *Non ab alio inuenta est, quàm à Ioseph, qui licentiâ penè maritali future vxoris omnia nouerat.* Velim certè afferri locum aut testes antiquos, vt vox toties inculcata Evangelistis, *μνηστῆρην, μνηστῆρην.* in veros coniuges, exceptâ tantum

copulâ, cadat: Multam planè gratiam faceret, qui afferret, vt non profus abhorreo à Magistrorum sententiâ: graue tamen habeo, vt Patres vim illius attendentes, ita decepti sint, vt si placet Suarezio, errorem contra fidem velut ex scripturâ, eiusque Interpretès, docuerint. Improbabilem omninò arbitror, vt ne cum Estio dicam, erroneam, relatam illam Alphonfi à Castro, & Salm. sententiam, vt Maria non statim sit tradita Iosepho, ac in domum traducta, sed postquam alius intumisset, ac partui proxima esset. Non enim apparet, vt ita fuerit consultum Mariæ, eiusque ac Christi honori, siquidem in parentum domo, extra viri consuetudinem concepisset, totosque sex, ac amplius menses à conceptione egisset. Quanquam ergo sponsæ passim seruarietur in parentum domo: vt benè ostendit præfatus à Castro, sic tamen in Mariâ contigisse, vt fuerit tantum desponsata, nec is probat, omniaque vetera monumenta repugnant, excepto etiam grandi illo incommodo suspicionis adulterij, cuius maximè cauendi ergo, fuit tota illa vel maritalis, vel sponsalis dispensatio. Putem igitur remansisse Mariam orphanam, ac germen vnicum superstes sanctissimorum Ioachim ac Annæ, quibus proinde abducenda à templo non potuerit pro more tradi ad custodiam, ac seruanda sponso: atque adè traditam esse à sacerdotibus ipsi Iosepho, vt præter apocryphum, docent constantissimè Patres, siue vt adhuc sponso, vt relati Patres, ac plerique alij videntur velle, celebraturo nuptias cum luberet: ac accepturo in vxorem sub paucorum cognatorum præsentia, puta Zachariæ Sacerdotis, ac si qui eiusmodi erant; vel vt statim marito, quod videatur in Augustini ac Scholasticorum sententiâ, omissâ vtroque casu nuptiarum solemnitate, quæ nihil facit ad veritatem matrimonij. Sic planè, vt vel sponsa tradita sit, nec sint aliæ nuptiæ secutæ, cum Ioseph grauidam deprehendisset, facile fuit ipso mysterium tenente, rem occultam manere, existimantibus passim omnibus, vel statim in vxorem traditam esse, vel postmodum, aut domi, aut apud Zachariam, virum accepisse, qui ipse, si qua fides apocryphis, totius huius œconomix præcipuus minister fuit, propter eam ipsam occisus à Iudæis, ac quòd Mariam diceret Virginem post partum, vt Basilius ex apocryphâ quadam traditione, Serm. de humanâ Christi generat. refert; auctore libri de Mariæ ortu dicente

A occisum, propter celatum Ioannem, quod videatur verosimilius, & vt tantam illam ortus Ioannis celebritatem, eâ meritò ratione suspectam Herodi, spectemus.

3. *Edita est. παρῆνται.* Præfero hanc lectionem: velitque Dei templum illud, simul editum atque ornatum, ipsâ primâ editione ac conceptu, collatis Mariæ donis gratiæ amplissimis, vtcunque illa gratiæ collatio ad ipsam conceptionem habuerit.

4. *Per enigmaticas manifestationes. Ἐν ἀνιγμωτοῶν δὴλων.* Ita reddunt 70. vbi Hebræa habent Teraphim, quod Hieronymus & alij reddunt *δμοιώματα* Simulacra: intelliguntque Cherubim obumbrantia arcam ac propitiatorium, è quorum medio edebat Deus oracula: ac sicut erat illa Teraphim religio, sic erat & superstitio, confictis idolis ad eiusmodi præcipuè Teraphim imitationem, vnde profani homines diuina & ipsi responsa captarent. Videri potest eruditissimus Philippæus ad illud 3. Osee vbi rem hanc accuratissimè edisserit. Porro alludit Georgius ad illud

C apocryphi, quo narrat consultum à Ioachim oraculum in templo, ac per legalia symbola, vbi iam à monte rediisset accepto diuino responso. *καὶ ἐπαύειον, inquit, προσέφερε τὰ δῶρα αὐτῆ: καὶ εἶπεν Ἰωακείμ· ἐὰν Κύριος ἰλασθῆ μοι, τὸ πέταλον τῆ ἱεροῦ φανερόν μοι ποιήσει· καὶ προσέχε τὸ πέταλον τῆ ἱερείας. ἐπέβη δὲ ἐπὶ τὸ θυσιαστήριον Κυρίου, καὶ ὅτε εἶδεν ἀμάρτιαν ἐν αὐτοῖς, εἶπεν Ἰωακείμ· νῦν οἶδα ὅτι ἠυλόγησέ με Κύριος σφόδρα, καὶ ἀφῆκε πάντα τὰ ἀμάρτηματά μου, καὶ κατέβη ἐν τῆ ὄρει δεδικαιωμένος.* In crastinum reuersus obtulit dona sua; aitque:

D Num mihi Dominus placatus sit, ostendet lamina Sacerdotis: & applicauit ad se Sacerdotis laminam: ascendit verò etiam ad altare Domini, nec vidit in eis peccatum, aitque: Nunc scio quòd benedixerit mihi Dominus valde, & dimiserit vniversa peccata mea, descenderimque ex monte iustificatus. Sunt hæc argumenta timorata admodum conscientia: & vt Ioachim, non tam sterilitatis opprobrium, quàm peccatum, ex quo illa videri posset manasse, deprecatus sit, quod hîc Georgius rectè ait. Num autem iam omnino cessasset Deus ab eiusmodi oraculis ob populi Iudaici delicta, vti de fulgore rationalis testatur Ioseph. l. 3. c. 9. alterius operæ sit ac otij disputare. Haud certè videatur negandum, vt ne vel vltimis temporibus, velut olim, piis nonnullis ac amicis viris, in quibus præcipuus erat Ioachim, etsi fortè rariùs, responde-

rit: quando nec olim omnibus respondebat, ac si quem scelus diuino responso faceret indignum, vti in Saule liquet.

5. *Mundâ ac nuptiali.* καθαρὰν ἔνυμφον κλω. Non tantum vt exteriori habitu interiori animi habitum præferret, quod Georgius indicat, sed vt etiam diei festo reuerentiam haberet: nam vt habet apocryphus, ἡ ἑστία ἢ ἡ μέγα τέκνευ ἢ μεγάλην erat proximum festum Domini, ac sub ipsum eius tempus, cum repudiato indecenti ornatu, honestum illum, nonnihil tamen splendidiorem assumpsit; sic moderata tristitiam, vt nihil illâ communibus gaudiis videretur decedere, quod planè ipsum summæ cuiusdam virtutis fuit. Eustathius, splendidâ eiusmodi veste, in solemnitate Domini indutam ait, eò quòd nefas esset ἐν ταύτῃ τῇ ἑορτῇ πένθιμον ἡμφιάδεν σολῶ. *Celebri illo die vestiri habitu luctuosò.*

6. *Ioachim repositum.* Ἰωαννὴν ἀποκείμενος. Id ipsum videtur atque Epiphanius orat. de laudibus S. Mariæ, cum & ipse Ἰωαννὴν exponit, ἐτοιμασία Κνεῖς præparatio Domini quòd, inquit, ex eo præparatum sit Domini templum, nempe Virgo. In Indice biblico. יְהוֹיָכִין. Iehoiachin, Joachim, Domini præparatio, siue, Domini firmitas. Sed hoc secundum magis est notio vocis ἰσχυρῆς cuius nota radix ac significatio, non ita prioris.

Ad Georgij Chartophylacis, in Deipara Virginis in templo Representationem, &c.

A Vdeo fortè in voce Representatione: videtur tamen illa optimè Græcam repræsentare, seu exprimere: εἰς τὴν ἀπόδοσιν quâ auctor significat, fuisse Mariam oblatam, sic quasi ex voto, ac parentibus sacrum anathema, cuius se reos fecissent, Deo repræsentantibus. Porrò eundem esse auctorem huius ac reliquarum Georgio Nicomed. inscriptarum orationum, quas damus, censet omnino vir doctus D. Leo Allatius, cum ita de Georgiis, ait. *Cumque in nonnullis concionibus, modò Georgij Nicomedienfis, modò Georgij Chartophylacis nomen in diuersis codicibus præfigatur, coniectura non leuis erit, eundem esse Nicomedensem cum Chartophylace: quod postea confirmauit Codex perantiquus, in quo oratio illa in Representationem Virginis legebatur, cuius illud est principium: καλὰς ἡμῖν ὑποθέσεων. In titulo enim prænotabatur. Γεωργίῃ Χαρτοφύλακος τῆς ὑστερον γερονότος μητροπόλιτις Νικομηδείας Georgij Chartophylacis, qui postea fuit*

A Metropolita Nicomedienfis. *Georgij Chartophylacis Magna Ecclesie Encomium in deductionem Deiparæ in templum eiusque consecrationem, habetur MS. in Biblioth. Augustanâ, nec alia esse videtur, quàm quod ipse legi alibi sæpius, & in Sfortianâ cum hoc titulo, Γεωργίῃ μοναχοῦ, ἔ Χαρτοφύλακος τῆς μεγάλης ἐκκλησίας, ἐκώμιον εἰς τὴν ἀπόδοσιν. (hæc nimirum ipsa quam præ manibus habemus.) Ea in Bibl. Antonij Augustini, & Vaticanâ, alibique, Georgio Nicomedienfi tribuitur; Et Chartophylacis encomium alterum in eandem festiuitatem, ἐπεὶ ἀπεδόθη ἐν τῷ ναῷ τεμερίζου. Incipit: καλὰς ἡμῖν ὑποθέσεων ἀρχὰς. habetur MS. Mediolani in Ambrosianâ, & alibi: hæc eadem in alio antiquissimo Codice, quem regis Vngariæ fuisse nomen ibi descriptum satis comprobatur, Georgio Metropolite Nicomed. donatur, sub cuius nomine edita est etiam apud Surium 21. Nouembr. Eidem inscribit Reg. Codex ex quo. exscripsi. Eminentissimi Card. Mazarini Codex, tribuit Georgio Chartophylaci, subnectitque isti tanquam eiusdem *Et Nicomedienfis oratio in Deipara Natiuitatem, que incipit, εἰ μετῴεται γῆ ἀσπαρῆ. edita est Gl. sub nomine Germani Archiepiscopi Constantinopolitani, Interprete Andrea Schotto in Bibl. PP. Gl. tom. 2. pag. 450. In vno Regio confusa est cum aliis Damasceni, eodem argumento, earum secunda. Sed est scriptura admodum recens. Maximè placet citatus Mazar. Codex, quo tribuitur Andrea Cretensi, cuius habet totos characteres.**

D 1. *Ex iisdem orti maioribus.* Atqui alter ex regiâ tribu erat, alter ex sacerdotali, vt habet receptior historia. Erant iidem nihilominus maiores, ac coniunctæ familiæ, eò quòd tribus regia & sacerdotalis iam olim coniugia miscerent.

2. *Haud alienè à ratione.* Doctrina hæc minus consonare videatur dictis à Georgio inter explicandam historiam S. Mariæ, vt dicebam modò, mihi que nonnihil reddit suspectam, Leonis Allatij coniecturam, ac fidem Codicum ei inscribentium, qui sciam antiquariorum facilitatem præfigendis aut ampliandis titulis, vni que certo ac famoiori auctori tractatus eiusdem argumenti tribuendis. Verùm vt Gergij nostri, aut alius sit hæc oratio, luculenta certè est ac disertata, dignaque vt iuris publici fiat. ac proponatur vtialia Georgij, Mariæ cõceptæ laudatoribus, ex quâ discant, nedum vt exerceant calamum, verùm etiam in quo exerceant, vt iam sæpius monui.

3. *Mundus trinè diuisus.* Allusio est ad

illud Pauli Phil. 2. *Omne genu flectatur, cœlestium, terrestrium, & infernorum*: quam diabolus diuisionem fecerit, prouehendis omnibus ex terrestribus in cœlestes, nisi eius suasionem mors in mundum ingressa, infernum fecisset humanum genus, ac inferno addictum. Vbiq̄ auctor eruditus ac subtilis.

Ad Orationem in S. Mariæ ingressum, seu, eius in templo præsentationem.

Eodem titulo habet Reg. Codex orationem Germani Constantinopolitani eodem argumento, nempe, *εις τὰ εἰσόδια*: tametsi est alius titulus in Bibl. PP. t. 2. Gr. l. in quo extat. Patres alij in orationibus in Mariæ vel Christi ortum, hoc quoque argumentum passim perstringunt, vt Nyssen. orat. in Christi Natalem, Andreas Cret. orat. in Natiuitatem S. Mariæ. Damascenus, &c. Inter omnes autem videri meritò possit præcipuus laudator Mariæ in templo oblatæ noster Georgius, omnium facillè luculentissimâ hac, ac sequenti oratione, exceptâ tertiâ quæ desideratur. In dicat Græcorum ille titulus, solemnem, ac velut triumpho ingressum, qualis est principum, cùm subiectas vrbes primò adeunt.

1. *Virgo tamen usum retinuit.* Scitè explicat, vt Maria habuerit rationem portæ, ac aperta, nec aperta sit, virgoque post partum permanferit: de quo etiam Amphil. & alij.

2. *Qui sacerdotale munus obibat.* Sic etiam Germanus, sacerdotio putat functum Zachariam, quo tempore Maria oblata fuit, atque ab eo susceptam esse, quod ambo habuerunt ex nostro apocrypho. Andreas Cret. orat. in Mariæ Natalem, nomen retinet. Vt autem Germanus planè significet fuisse Zachariam summum Pontificem, quod etiam Chrysostomus non semel docet, haud tamen indicat noster Georgius, tametsi ita existimat Alphonso à Castro c. 3. Erant certè quæ ille narrat in Mariam gesta à Zachariâ, minorum Sacerdotum, qualis Zacharias erat inter alios valde honoratus, ac forte Princeps in vice suâ, quæ ipsa vna ex præcipuis erat. Etiam potuit affuisse inuitatus à parentibus Virginis, quibus erat iunctus cognatione.

3. *Versante in adytis.* *πρὸς τοῖς ἀδυτοῖς διαξιβύσης.* Initio quoque, *ἐπειρομένη ἐνδὸν προχωρεῖν πρὸς ἀδυτων*. *festinantem penetrare intra adyta, ac infra*. *ἴδει μὴ εἰς τὰ πρὸς ἁγίον ἄγια ἡ σιλῆης, ἀλλ' εἰς αὐτὸν ἢ οὐρανὸν ἀναβαλέτω, ἢ πλατυτέραν τῶν ὀφθαλμῶν, καὶ*

καθ' ἑσπέρην διετίκτουσαν. Oportebat non in sanctis sanctorum legalis tabernaculi, sed in ipso cœlo cœli, in primâ etate educari eam, qua his conspecta est latior, & puritate præstantior. quibus videtur ipse quoque Georgius fuisse in communi opinione recentiorum Græcorum à Germano Patriarchâ Constantinopolitano, ac fortè Andream Cretensium, vt patuerit Mariæ aditus intra vera adyta, ac Sancta sanctorum, seu locum arcæ, intra quem summus Pontifex semel in anno tantâ ceremoniâ adolebat, de quâ dixi plura ad præfatum Andream, aduersus eam sententiam, in quam nec modò quidem omninò trahor, nec assentior Alphonso à Castro, vt tantùm debuerit solus Pontifex in ea ingredi in die Expiationis, reliquis autem diebus, ac extra eam ceremoniam id ipsum licuerit, purissimis quibusdam, nedum viris, sed & fœminis, ac puellis virginibus. Visus mihi sum ex Gregorio Nysseno inuenisse Sancta alia sanctorum, ac communia, sic dicta solùm comparatione: sintque illa, quod spectat ad propositum, peculiaris ille locus ad læuam altaris eiusmodi virginum orationi additus, de quo Orig. tract. 26. in Matth. Basilii de humanâ Christi generatione. Nyssenus in Christi Natalem, Anselmus de vitâ Virginis, &c. Displicent illa sic portentosa, vt quæ rei ipsius, ex modi insolentiâ fidem eleuent. Nihil habet apocryphus noster pro relatâ sententiâ, cuius sunt hæc verba, vbi impositam gradibus à Sacerdote, læto ac salientis gressu habuisse dixit, nihil ad parentes conuersam: *ὡς δὲ ἡ Μαρία ὡσεὶ πτεροῦσα ἐν τῶν ναῶν Κυρίου νεομυρῆν, ἐλάμβανε τροφὴν ἐκ χειρὸς ἀγγέλου.* *Erat Maria sicut columba in templo Domini, cibumque accipiebat de manu Angeli*: quod secundum deinceps edisserit Georgius, passimque tradunt alij post præfatos Andream & Germanum: excepto enim apocrypho, haud facillè sit eius rei antiquiores testes afferre. D. Eustachius vbi compendiò refert historiam illam Iacobi nomine in Hexaëm. solùm ait *Ἐστὶν ἡρομυρῆν τῶν ναῶν τῆς Θεῆς ἀφιερωμυρῆν*: à parentibus, cùm trimula esset, in templo Dei consecratam: quod ipsum Euodius apud Niceph. tacens & ipse Angelicam eiusmodi alimoniam. Nostri vtrumque sculptis imaginibus in maximo D. Virginis templo ad altaris dextrum latus, repræsentarunt, siue reipsâ patres ita crediderunt, siue quid hieroglyphicum voluerunt, ac simile maiori illi statuæ D. Christophori, quæ se statim ingredientibus, immani ac giganteâ mole in eo offert.

4. *Aliquid quod materiale videatur.* ὑλικόν τι ὀρώμενον · siue materiale aliquid ac crassum, quod oculis subiaceat: Non video quid Alphonfi Interpretis velit, aut quid legerit, cum ita reddat: *Et essentia materie expers, tradit mulieri canistrum, qui est materialis*: Nec ipsa mihi syntaxis quadrat.

5. *Semel in Annâ accidit.* Non liquet quam Annam velit: nam seniori i. Reg. 1. ad quam videtur alludere, non legimus Angelum apparuisse: iuniori autem ac matri ipsius Mariæ, apparuit quidem, sed non in templo, sed in pomario: Matri item Sampsonis legimus apparuisse Iudic. 13. sed non liquet an diceretur Anna; adde quod non fuit facta illa visio in tabernaculo.

6. *Incorporei communionis.* κοινωνία τῆ ἀσώματου · Placet lectio hæc, ex Sirm. Codice, quæ est etiam veteris Interpretis, ut significetur ratio, quâ habent animæ, ut ad Angelicam illam impassibilitatem possint assurgere. Ut esset τῆ κοινωνία τῆ σώματος, significaretur id quod animæ est impedimento, ut ne eam facile possit attingere; iuxta illud; *Corpus quod corrumpitur, aggravat animam, &c.*

7. *Deque immateriali esca, &c.* πρὸς αὐτὸν ἔτερος ἐχέσας διαφέρει. Vocat immaterialem, Angelicam illam annonam, ac modum alium habentem ab annonâ nostrâ, ut hoc secundum, prioris illius expositio sit. Propterea, dixerat esse illud quod porrigebat Angelus ὑλικόν τι ὀρώμενον · *aliquid quod videretur materiale*; quod nimirum esset externâ specie panis, ac consueta esca, cum reuerâ esset cibus diuini, ac qualem Angelicæ manûs parauerint. Sic apud Greg. 2. de Theol. dicuntur cœli σώμα αὐτὸν corpus immateriale: velut subtilioris substantiæ, ac alterius rationis à crassis istis ac sublunariis. Vti non placuit ad relata verba canistrum Interpretis Alphonfi, ita nec hic placet, quod reddit: *Et contendis, fueritne alimentum materiale, an expers materie*: quod Græca minus habeant, ac auctoris sensus.

8. *Manum fessis porrige.* Ex hoc & sequentibus cholis satis indicat Georgius, loqui se ac viuere difficilibus Reip. temporibus, qualia fere fuerunt ab Heraclio, semper infensis Sarracenis, ac cladibus variis Romarum Imperium afficientibus, donec penitus extinxerunt toto Oriente, ac suum, postmodumque Osmanidarum fecerunt. Occurrant similia apud Andream Cret. oratione in Apostolum Titum, vbi & ipse βασιλεῖς. AA. plurali nominat, sed maio-

ri expressione, addendo ἐμπεφείς ἔσωθεν· quibus ostendimus designari secundum Imperium Iustiniani Rhinotmeti, cum iam filium collegam designasset: ad quod forte spectauerint etiam ista Georgij: sic vndique conspirant adminicula ad eius epochæ coniecturam.

9. *Ad reliquum deinceps sermonem manu ducens.* πρὸς τὸ ἐξῆς τῆ λόγου χειραγωγῶσα · Palam indicant reliquam se Mariæ historiam enarrasse, ac aliam habuisse in sequentia orationem, quam tandem Eminentissimi Cardinalis Mazarini Codex, humanissimè communicatus, suggestit: in cuius ipsius finem, alia adhuc indicat in Mariæ historiam enarrata. Nec fortè aliud videatur, id quod sequitur, quàm illa disceptatio Mariæ & Ioseph, quam scripserat Leo Allatus extare in Vaticana; eam tamen custodum morositate necdum nancisci licuit. Verùm eius loco satis erunt, quæ habet auctor homiliæ eis τὸν διαγγελισμὸν Chrysostomi nomine, & quæ Germanus in festum Annunciationis S. Mariæ.

C *Ad Orationem in illud Ioannis, Stabant iuxta crucem.*

Videri possit hæc oratio aliis Georgij in Mariam multis partibus potior, quò iam non librum apocryphum, sed Evangelica ipsa verba, acuratissimus laudator in eam enarrat. Vt quis autem adiciat animum, viderit Metaphrastem ac Nicephorum, pleraque ex eâ mutuatos, si qua egregia in Mariæ illam constantiam in cruce, monumentis consignata habeant. Potuit deuotissimus Mariæ Georgius argumentum hoc in Mariam magnâ ipsâ Parasceue peculiariùs exponere, vel quia diceret in templo Mariæ sacro, vel quia ad vesperam, ac quando peractis quæ spectabant ad Dominicam ipsam recolendam passionem, fidelis populis eius iam luctum recolebat. Recolunt plures nostrum alterâ die Parasceues anterioris hebdomadæ.

1. *Cum itaque solam constanter.* Pulchra habet Ambr. 1. de instit. Virginis cap. 7. & lib. 10. Epist. 82. de illâ ad crucem Mariæ constantiâ. vti etiam Anselm. Sermonem in præfens Euangelium, *Stabant iuxta crucem.*

2. *Nec cum celebrata sunt Mystera.* Sunt certè hæc longè vero simillima, quæ etiam habet Metaphrastes serm. de vitâ & obitu S. Mariæ. vti & quæ sequuntur de continuâ deinceps adhæsiōne Mariæ Virginis patienti Filio; quæ tamen postrema, vt pia

sint, haud tamen omnino arbitror expedita. Apparet certè difficile vt Maria sic verifata sit nocte illâ in Annæ & Caiphæ atrio: nisi fortè cum iam manè factum esset, quâdo nihil dedebat ipsam flentem cum sociabus, illic expectantem stare, vt videret finem, quo sine testantur Petrum secutum sacri Euangelistæ. At neque vt quis dicat statim allato nuncio capti chari pignoris, se in pedes dedisse, assumptis aliquot sociabus, quibuscum certanti illi comes adesset, vt à mediâ circiter nocte, ac horis aliquot ante lucem domo egressa sit, atque ad fores dictorum Pontificum, quod vnum vult Georgius, assederit, quando nec promiscui vulgi turba aberat, ac penè immensus populus, rei tantæ suspensus expectatione, isque vel addictior Domino, vel infensior; haud absurdum videri possit, aut minus viris Theologis dignum commentum. Vtrum autem in triclinio alio cum deuotis scæminis agentem Matrem, ipsamque aded totam illam deuotam turbam, suâ Dominus cœnâ, ac mysticâ impertierit, missis ad eam mysteriis, vbi ipse ac Discipuli concœnantes sumpserunt, vt nullos asserentes disertè legi, ita nec ipse velim asserere; tamen non video, vt ea opinio suspectior habenda esset; admissâ illâ Georgij ac Metaphrastis sententiâ, vt sanctæ mulieres eâdem illâ domo, Pascha celebrauerint, cum Christo: *ἀνταίς τὰ δ' οἰκίας ἀντιφιλιδοφρονοῦντος ἐστίν* inquit Georg. itidemque Metaphrastes; velut, *vicem reddente pro conuiuio quo ille excipere solite essent, aliisque ac nobilioribus epulis excipiente*: quod maximè verum habuit, vt Eucharistiâ impertierit. Domus illa Alexandro Monacho in vitâ, seu Encomio S. Barnabæ, est domus Mariæ matris Ioannis, qui appellatus est Marcus, sita in monte Sion, in quâ postmodum magna Ecclesia Sion fundata fuit: id verius, quam vt fuerit domus Ioannis Euangelistæ, vti Nicephor. l. 1. c. 28. & l. 2. c. 1. & 3. tradit, sibi ipse fucum faciens ex Euodio quem refert c. illo 3. Is enim solùm nominat Ioannis domum, quem nihil cogit intelligere Euangelistam, ac Ioannem Apostolum: imò dissuadet sacer textus, cum scribitur ipse Ioannes cum Petro missus sub certo signo ad Patremfamilias domûs, velut ad ignotum hominem. Tamen fateor non omnino rem confici hoc argumento. Nam neque paterfamilias domûs Mariæ ignotus erat, vel ipsa Maria, ad quam Dominus cum Discipulis sæpius diuerterat, & apud quam semel iam ac iterû Pascha celebrauerat. Maluerit er-

ago Dominus sub eo signo designare congruum hospitium celebrando tanto mysterio, exercens Discipulorum quâ obedientiam, quâ fidem, seque verum Prophetam ostendens, quàm hominem aut domum expressè dicere, quem illi antiquum hospitem scirent. Neque si domus erat Ioannis Euangelistæ, ipse tamen erat paterfamilias, sed qui conductas illas ædes, ab eo tenebat: vt hoc tamen satis consonet Apostolicæ illi abrenunciationi, quâ Petrus vniuersim ait omnia reliquisse; mihi certè non placent magnificæ illæ ædes, in Christi Apostolo, nisi fortè eò eius dictæ sint, post etiam Apostolatam, quia eius fuissent antea, adhucque liber ei ad eas esset accessus ex benevolentia domini, vndeunque illa contracta consisteret. Vide Augustinum tra. 119. in Ioannem.

3. *Osculabatur intemeratos pedes*. Sic etiam Metaphrastes orat. illâ de vitâ & obitu S. Mariæ, quam maximâ parte videtur ex hac Georgij, alterâque in depositionem vestis eiusdem S. Mariæ, confarcinasse: nec à vero abhorret; vt vbi aliquot iam horas Dominus pependisset, hoc modo sit neglecta custodia, ac minutus numerus assistentium cruci: præsertim auocante, vel die festo, siquidem Iudæi illâ die agebant Pascha, vel eius ac Sabbati Parasceue, siquidem Pascha in sequens Sabbatum ab eis agebatur, quod omnino Ioannes videtur significare, tenentq; nedum Græci, sed & Latini plures, ac in iis magnus Augustinus, cum tract. 76. in Ioan. cœnæ puræ illius Parasceues meminit, prout exponit ipse; Baronius, l. t. Annal. ann. Christi 34. tamen si aliam ipse sententiam sequitur, cuius nolim retractare argumenta, quanquam haud ita arduum sit. Ea nunc nuper Petauus in suo Rationario temporum t. 2. expressit vt expeditam sententiam celebrati Pascha in Sabbato, cum iam Dominus pridie Parasceues agnum comedisset,

4. *Myrrhatum vinum*. *ἔσμουρρισηδύρον οἶνον*. Accepit ex Marco: indicatque vinum hoc fuisse amarissimi saporis, nec recreando Domino allatum, sed torquendo, vt fel & acetum Matthæi, quod idem vult cum illo vino Marci, vt alij passim Interpretes. Mihi certè haud difficulter persuasum sit, Matthæum & Marcum eandem potationem dicere, quæ fuerit vini myrrhati, quod ait Marcus, infuso felle. Etiam Matth. iuxta Latinos codices ac Patres, nec non Origenem, habet *vinum*: Græcis ac Syro habentibus *ὄξος* acetum: quod vinum illud dictum sit ab amaritudine; siue pro-

priâ, siue ex felle adiuncto: siquidem alio-
qui vinum myrrhatum suaue erat, & in de-
licijs, vt multis contendit Bar. ann. 34. sin-
gularis omnino in suâ expositione, quam
meritò expungendam censuit. Verba
Matth. & γέυσαι μύρρον, σὺν ἡδέλει πίνειν. *Cum
gustasset, noluit bibere: nihil contraria sunt
verbis Marci. & εἰ δὲ δώσω αὐτῷ πίνειν ἐσμυρρυσ-
μρον οἶνον, ὃ δὲ σὺν ἔλαβε. dabant bibere
vinum myrrhatum: & non accepit:* Planè
enim idem vterque significat, Marco tan-
tùm vt moris habet, narrante compendio,
quod Matth. circuitu dixisset. Solo certè
gustu nemo dicatur λαβεῖν οἶνον absolutè,
quod reuerâ est bibere. Acetum Ioannis,
ac secundum Matth. & Mar. fortè sit pu-
rum, eique vsui comparatum cum hysso-
po, quem Baronius tradit, quanquam non
video vt is potus satis tunc vsui illi esset ido-
neus, cùm nullas iam Dominus recentes
plagas accepisset, quarum sanguis sisten-
dus esset, siquidem statim moriturus, ac
postquam horas aliquot in cruce steterat,
dixit, cùm *Sitio*, vt Ioannes habet, tum,
Eli, Eli, &c. vt duo alij Euangelistæ, quo-
rum verborum occasione ita potatus est: si-
ue Ioannes eandem dicat potationem cum
Matth. & Marco, siue aliam, quod parum
refert, etsi primum magis placet. Meta-
phrastes acetum istud vltimo propinatum,
felle mixtum ait, id ipsumque Georgius, ex
quo ille, omnino significat, vt quamuis di-
stinguat propinationes, propinatum tamen
semel & iterum aliis aliisque Euangelistis
aliquâ verborum varietate referentibus, li-
quorem non distinguat: vt & à principio, &
spiritû emissurus, myrrhato vino, seu aceto,
felle mixto, Dominus potatus sit, nec tam
vt vita diutius conseruaretur, quàm vt fellis
illâ amaritudine, seu mixti fellei, sacratis-
sima eius lingua, ac viscera torquerentur si-
tis remedio: quod & ipse queritur in Psal.
Dederunt in escam meam fel, & in siti, &c.
Fuerunt hæc in Dominû singularis malitiæ
ac contemptûs, vt bene obseruat Chryso-
stomus, quem noster affectatur Georgius.

5. *In instauratricis sepultura.* ὡς δὲ κα-
νοποιῶ ταφῆς. Velut nouitatis artificis, & quâ
nouam vitam sumus consecuti, resurgente
Christo, ac nobis initiante immortalẽ vi-
tam è sepulchro. Quod de collecto sangui-
ne ac aquâ è Dominico latere, proximè
præcedit, habetque Metaphrastes, ceu ex
alio referens cum elogio, piè exponi possit,
vt hæc Maria asseruanda religioso monu-
mento collegerit, vti etiam ferunt de Mag-
dalenâ, quod nostri pignus habere glorian-
tur in Prouinciâ, illicque magnâ præsertim

A Parasceue veneratur orbis, cùm & concre-
tam massam ebulliente sanguine aiunt re-
solui, turbaque plurima ad spectaculum
confluit, vt per eam, nunquam mihi, ta-
meti aliquando inter ministros ac eorum
vnus, περιησιασμένων officio die illâ con-
sueto, ad cuius finem accidit miraculosa
eiusmodi immutatio, interfuerim, atten-
tè satis rem inspectare licuerit, vt eius ex
visu testis esse possim: quanquam videntes
populos, sub aspectu ipso miraculum con-
clamantes audiui. Niceph. quoque lib. 1.
B cap. 39. ita collectum à Mariâ & Ioanne
sanguinem ac aquam, atque in vasculo ho-
noricè reposita asserit.

6. *Vbi Ioseph verbis eiusmodi.* Solo for-
tè tristi spectaculo motus, pendens è cru-
ce Magistri mortui diuinitus conceptâ fi-
ducia, ad Pilatum accesserit: quod Ger-
manus CP. oratione in Sabbatum sanctum
ita edisserit, vbi Christum in cruce descri-
bit, typo hominis descendens ab Hieru-
salem in Iericho à latronibus despoliati, ac
C semiuiui relictî alterâ nimirum sui parte,
ac diuinitate viuum; alterâ extinctum,
nempe corpore ac humanitate. ταῦτ' οὐδὲ
ἔκοντι κατὰ δεξιὰ μὲν τῆ μακροδύμῃ, ἠρώντες
οἱ φίλοι αὐτοῦ & οἱ πλησίον, μακροδύμῃ ἐπέσαν
ὡς θάβλεψάντων ἢ παθόντων, πλὴν Νικοδήμου
καὶ Ἰωσήφ. τὸ γὰρ εἰς αὐτοὺς ἦκον, ὑπέμεινε συλ-
λυπέμρον, & ὑπῆρξε. & ὡς θαλασσοῦτα, καὶ
ὄρε. & γυμνὸν ἰδόντες αὐτὸν, & τῆ ἐισοειά-
σοντος χηρίζοντα, σπλαγγιζόντες, ἰλαρὸν ἐπὶ
αὐτῷ χέουσι δάκρυον. σιωδῶσι καταδεσμεῖσι, καὶ
ὄπι τὸ πανδοχεῖον εἰσαγροῦσι νόμῳ κοινῶ ἀν-
θερπίνῳ, τῇ γῆ ὡς ἀπέμποντες, & τῶ τάφῳ
καλύπτοντες. Cum hæc itaque longanimis ille
sponte suscepisset, eius amici omnes ac propin-
qui à longè steterunt mortuum aspicientes, ex-
ceptis Nicodemo & Ioseph. Quod enim ad eos
spectat, sustinuit qui simul contristaretur, &
fuit; qui consolaretur, & inuenit. *Ij vi-
dentes nudum, ac necessarium habentem què
tumulo conderet, misericordiâ moti, placidas
super eo lacrymas effuderunt: Inuoluunt linteis,
& in stabulum inducunt, communi lege huma-
nitatis mandantes terræ, ac sepulchro con-
dentes.*

B 7. Mariâ solâ assidente ad ostia monu-
menti. Indicat satis quod alterâ oratione,
quam promittit in diem sequentem Domi-
nicæ Resurrectionis, executus sit: nempe
perseuerasse Mariam toto illo triduo in
monumento, nec cum aliis inde recessisse,
quod ipsum Metaphrastes cū aliis à Geor-
gio mutuatus est. Sed certè videretur supera-
re fidem, vt ita Ioannes, Magdalena, ac
alij, quos liquet reuersos, ac sabbato quic-

uisse, sic Domini Matrem desolatam reliquerint, vel ut ipsa obstinatio voluerit asfidere sepulchro, postquam maximè militaris illud manus, ac custodia obsedisset. Græci alij vno fere ore post Chrysof. cōm. in Matth. & Gregor. Nyssen. orat. 2. in Pascha, siue etiam Hefychium, alteram Mariam apud Matth. S. Dei Genitricem exponunt.

Ad Orat. in S. Maria assistentiam in sepulchro, &c.

Hanc tandem, diu desideratam ex eius gustu in superiori facto, vbi eam Georgius promittit, exque iis quæ Metaphrastes in Mariæ historiâ excipit, Leonis Allati sedulitas ac humanitas, ex propriis ipsius cimeliis iuris publici faciendam, produxit: egregium planè viri disertissimi, ac Mariæ deuotissimi monumentum, vti habent eius quoque Orationes aliæ, quibus omnibus infatiabilis Mariam laudat.

1. *Hæc enim sola.* Sunt ista ut pia in Mariam, at certè haud ita ad fidem facilia. Durum enim, ut Maria vna, nullo è discipulis aut sanctis fœminis assistente, triduum illud iugi assidentia in monumento egerit, sicque ab eo immota, inter Iudæorum ac militum custodientium turbas debacchantes in Dominum, eiusque sacrum corpus, perseuerauerit. Maiori honestate, aut se cōtinuerit domo, nihil dubitans de proximâ resurrectione, aut post sabbatum tantum cum Magdalena aliisque piis fœminis, ad monumentum ierit; iuxta opinionem Chrysof. Hefych. Ceram. Ioannis Theffal. &c.

2. *Hic ipse aliam dicit.* Nempe Matthæus. Legit Georgius adiectâ virgula post *Ἰανώβη* quam habet etiam Nouum testamentum, cum Erasmi versione Paris. editum an. 1549. *ἡ Μαρία ἡ τῆ Ἰανώβη, ἢ Ἰωσὴ μήτηρ* ut esset *ἡ τῆ Ἰωσὴ μήτηρ*. clara esset Georgij sent. in alio integrè Græco eodem item anno Paris. edito, nulla est eiusmodi distinctio, quam nec Vulgata habent. Etiam Ioan. Theff. Mariam Iacobi absolutè, aliam putat à Mariâ vel Iacobi minoris, vel Iose, apud quem, & notis ad illum vide.

3. *Lucas indefinito sermone.* τὰ ἀόριστῶν sic restitui, cum apographum haberet ἀόριστῶν in aliis quoque non omni parte purum. Indefinitus autem ille sermo Lucæ est, quod nullam nominet sanctarum mulierum, secus ac Matthæus ac Marcus, qui aliquas ex nomine exprimunt.

4. *Maria. ταῖς ἐν Μαρίαν.* Magdalenam intelligit, quam Matri eximie, ac Domini

A Matri, Mariæque, opponit: ut ipsa paulatim præparari debuerit ad adspicendum Dominum, quo statim Domini mater perfectior meruit potiri. Fortè scriptum sit *Ματ-δαλλωβή* quod ita antiquariis immutauerit; nec enim Maria absolutè alia solet intelligi, quam Virgo, ac Dei Genitrix.


5. *Diuinorum magistra.* Θεολόγῳ. Egregium Mariæ epithetum, ac prærogatiua, quam obtinet à primâ illâ doctrinâ. Dionysio Apostoli, Θεολόγοι sunt diuinorum primarij doctores: à quibus nomen hoc ad alios deriuatum est, ac præcipuè ad Gregorium Nazianz. propter maximè eius Orationes *ἐν Θεολογίας*. Metaphrastes dicitur *νέος Θεολόγος*. Hefychius quoque orat. in S. Pascha, quæ est secunda Gregorij Nyss. nomine edita, in regio Cod. dicitur & ipse *ὁ Θεολόγος*. nec id aliud videatur recentiori, seu medij temporis vsu, quàm quod noster Georg. inscribitur in Cod. Antonij Augustini. *ὁ ῥήτωρ*. ac quod nostri Theologum ac Ecclesiastem vocant: quâ de re Leo Allat. in suâ dissertatione de Georgijs, vbi de Orat. Georgij in illud *Stabant iuxta crucem*, &c. In Biblioth. inquit, *Antonij Augustini sub nomine Gregorij Rhetoris Episcopi Nicomediae legebatur*. Præter Episcopum alius apud nos eo officio defungitur, ac peculiariter Ecclesiastes, ac Theologus suæ Ecclesiæ dicitur. Quod sequitur *μυροφόρῳ*, haud ita videatur in Mariam quadrare, in sententiâ Georg. quod illa monumento constans assederit: ad calcem tamen multis vrget in eandem, ut non possit esse mendum librarij. Velit fortè *μυροφόρον* à primâ post crucem, ac verâ vnctiōne, ante scilicet tumulationem, in quâ non defuerit S. Mariæ opera, cuius præcipuè hortatu, Nicodem. & Ioseph, sic Domino parentauerunt, ut prosequitur noster Georgius, citatâ Orat. in illud *Stabant iuxta crucem*, &c. Gregor. Antioch. &c.

Ad orationem in SS. Anargyros Cosmam & Damianum.

Egregium hoc encomium, quo auctor SS. Anargyrorum laudes veras egregiè effert, ac in iis terrenorum illam despicientiam, ac eximiam paupertatem, vti & miraculorum in eis gratiam, eius principia ac fontes, eruditè admodum exponens: eò planè, vel gestis eorum apud Lipomanum ac Surium, vel Nicetæ in eos encomio, præferendum, quò is, in eo, ne insinuat quidem, illa in eis absone satis ac valde suspecta, de acceptis, à piâ fœminâ

importuniùs rogante benedictionis instar tribus ovis à S. Damiano, quorum causâ sic apud fratrem offenderit, vt ab eo velut anathemate perpetuo in vitâ ac morte proscriptus sit , quod tandem Deus, brutæ animantis, ac cameli ore, vbi martyrio defuncti essent, sustulerit. Mihi certè vt non

A sint hæc fabella , quibus non modicum detractum videatur tantorum Martyrum Actis , haud facilè alia in eiusmodi Sanctorum Vitis fuerint : in quibus vitnam minus lussissent , quâ hæreticorum peruerfitas, quâ fratrum simpliciorum incautior sedulitas.



SAPIENTISSIMI IACOBI Monachi, Oratio in Natiuitatem sanctissimæ Domine nostræ Dei Genitricis Mariæ. B

ΤΟΥ ΣΟΦΩΤΑΤΟΥ ΜΟΝΑΧΟΥ Ιακώβου, λόγος εἰς τὴν γέννησιν τῆς ἁγίας Θεοτόκου.



Niueros nos ad suas epulas conuocat, magnificum præsentis gaudij conuiuï: quin potius , eo non abscedentes, cupiditatē augere, infatiabilique desiderio appositas dapes percipere, abhortatur. In eo enim sensa varia, instar ferculorum, prodeunt: vt & illa, lautius quid ad voluptatem superioribus habeant, atque ad se, naucifcentes trahant, ac propriam cuique delectationem suggerant. Quia ergo eorū proprium, qui in manūs sumunt, fruitionis efficitur lucrum, cū liceat depulsâ negligentia, incorruptam consequi voluptatem; eiusque gratiæ, quæ vbertim confertur, iacturam euitare; alacri proinde animo ad omnis illud generis dapi- bus instructū conuiuium adeamus, præclarâ illâ conuiuâ præduce, quæ incomparabili Virgo dulcedine conuiuas impertit. Hæc enim , cū voluptas est, tum prouocatio: hæc conuiuï, omnifque generis epulæ: hæc lætitia, ac exultatio est. Venite ergo, vnà mecum porrigendo , gaudiò collaborantes, exordia necite. Gaudiò ad adhortandū erigite: gaudiò sermonē excitate, atque ei gratiæ opem supplicationibus impetrate.

Quia enim uerò propiùs iam argumentum adij, rei immensitate teneor vt ne loqui possim; animusque præ miraculi magnitudine defixus hæret, nouū quoddam ac insolitum adspectans in terrâ mysterium. Quod arcanè ante sæcula omnia promissum fuit salutare, nunc dici accipit terminum. Peculiare hoc parentum Virginis existit encomium. Procœmium hoc, sermonum omnem intentionem fugit. Huic animus incumbens, ac factus debilior, suis ipse finibus excessit. Considera enim quisquis istorum auditor existis, quantum inde, ac quàm grande miraculum visum



ΥΓΚΑΛΕΙ πάντας ἡμᾶς εἰς τὴν οἰκίαν ἐστάσιν ἢ πολυτελής τῆς χάριτος δωχία . μάλλον δὲ ταύτης ὅσα ἀποσάντας, ὅτι πτείν τὴν ἔφεσιν, ἔ τῆς παρθενῶν ἀκέρεως μετέχοντες παρτερέπεται. παρκοῦστοι γὰρ ἐν ταύτῃ ποικίλα νοήματα, κατὰ τὰ ἐδέσματα . ὡς ἔ ταῦτα, πολυτελεσέσαν ἔχόντων τῆς φασαρίων τὴν ἠδονίῳ, ἔ παρὸς αὐτὰ μετέλκοντα τοῖς ἐντυγχάνοντες, ἔ οἰκείῳ ἐκείτω τὴν διφροσῶν πορίζοντα. ὁκοῦν ἐπειτὰ ἴδον τῆς μεταχειρομῶν ὅ τ ἀπολαύσεως γὰρ κέρδος, ἐνὸν μὴ τ ἀκρηφῆτου καταμελῶντας ἀποτυγχάνειν τρυφῆς, ἔ ζημοῦσθαι τῆς χάριν, ἀφθόνως πρεχουμῶν . ἰτέον ποίνω βίγῳ μως ἐπὶ τῆς πῶμασῶν, ἐστάτορος καθηρουμῶν λαμφοῦ, τῆς ἀσύκριτον γλυκασμὸν δὴ χωρῶσης πρεφῆνου. αὐτῆ γὰρ καὶ τρυφῆ ἐστὶ, καὶ παρθεπῆ . αὐτῆ εὐωχία, καὶ πῶμασῶν . αὐτῆ εὐφροσῶν καὶ ἀγαμίασις. δεῦτε οὖν τῶ ταύτης ποιεσῶν συγκάμνοντες, χάρι σὼ ἐμοὶ τὰ παροίμα πλέξατε . χάρι τὴν παρθεπῶν διεγείρατε . χαρμονικῶς τὸν λόγον ἀφαναθήσατε, καὶ χάριτι τῶτον στωεργεῖσθαι καδικετεύσατε.

Αλλ' ἐπὶ ἐγὼς ἐχρόμῳ τῆς ἁποθέσεως, ἀμηνόρια τῶ παρῶματος τῆς λόγον κατέχρημα, καὶ τῶ μεγέθῃ τῶ θαύματος ἐκπλήττομα τὴν ἀφνοίαν, ξένον ὄραν καὶ παρῶδοξον ὅτι γῆς τελευτῶν μυσῆιον. ὁ παρὸς πῶτων αἰώνων ἀρῆτῶς ἐπηγέλησθαι σωθήειον, νωὶ πέρας δέχεται. τῶ τῆς τὴν πῶ πῶν τεκόντων ἀφνομῶν ἐγκάμνον. τῶ παροίμιον, πῶσθαι ἐκφῶδῶν λόγων ἐπίδοσιν. τούτω παρθεπῶν μῶ ὁ νοῖς, ἔξαθενήσας δὲ, τῆς οἰκείων ὄρων ἔξέσηκε. σῶπει γὰρ ὅς ἡς αὐ ἡς ὁ τούτων ἀκροατῆς, ἢ λίχον ἐντεδῶν ἐφῶν ὅ θαῦμα.

φιλανθρωπία μόνη ἐκ μὴ ὄντων ὑπὸ τῷ πλάστῳ
 πρὸς ἡμῶν ἐπ' ἔργοις ἀγαθοῖς τῷ πρῶτῳ κα-
 τοικεῖν παρορμητικῶν τῶν ἐπιπλῶ κακοβουλήτων
 ἀπεκρυσάμεθα τὰ ἀποκρίματα τῆς ποροαιρέσεως ἐπεσπασά-
 μεθα ἐπισημῶν τῶν κλισῶν ἐλευθερία, καὶ τὸ
 παρᾶμα ἔμνησε, ἔο ἡρόνος τοῖς ὀπιτηδεύοις ἀνη-
 ρεῖα. πρῶτερον αἱ ἡμεῖς αἱ παρορμητικῶν σιω-
 χεῖς κατεβάλλοντο ἐν ἐλπίσιν ἡμῶν τῶν πατριαρ-
 χῶν, καὶ πρῶτων δικαίων. Αβραάμ πρὸ ἡμεῶν, ἔο οἱ
 μετ' ἐκείνων, ἐν συμβόλοις τὰ τῆς ἡμέρας μνηστέ-
 ρες, καὶ παρὸς τῶν ἐκβασιῶν τῶν μνηστέων κερηνοῦτες.
 Μωϋσῆς δὲ ὁ θεοσεβὴς ἐμφανεῖς τοῖς τύποις τῶν
 μυστηρίων ὄρατον, ἔο δείγματα τῆς ἀληθείας κατὰ μοῦσαν,
 ἐδοκεῖ παρὸς ἑαυτὸν πληροδοῦσαι τὰ παρορμητικῶν
 μύθων. ἐν τῇ ἐρήμῳ ἡ ἐλπίς ἐν τοῖς τῶν κριστῶν δη-
 μαγωγῶν ἡ παρορμητικῶν. Σαμουὴλ ἐξ ἡμεῶν ἔτιζο.
 Δαβὶδ ἐξ ἡμεῶν τῶν ἡμεῶν ἀναφανῶν, ἀπεμά-
 κρωσε. τῶν παρορμητικῶν ὁ παρὸς ἀναφανῶν ἐκ ἡ-
 ρυπτεῖ, καὶ ὀπιτηδεύει τῶν Χριστῶν κατεμύσων. πρῶ-
 τες τῶν ἐλπιότων ἀποτυχόντες πρὸ ἡμεῶν.
 καὶ ἐπειδὴ τῶν ὁ παρὸς σιωχῶν ἀξίους ἀπελι-
 ππόμετο. ὄρε δὲ τοῖς ἀξίους οἰκειῶς ἐξ αὐτῶν ὀρ-
 μητικῶν, καὶ παρὸς τῶν κλισῶν βύτρεπισμῶν.
 Ἰωακείμ τε Φημί καὶ Ἄννα τοῖς τῶν αἰτίων τῶν
 τέλει τῶν μνηστέων ἀποτεκνύσας. Ἰωακείμ
 μὲν γὰρ ἀποκείμνος, Ἄννα δὲ χάρις ἐμυλνδο-
 μῶν κεκύρωται. οὗτοι τὰ τῶν παρορμητικῶν εἰς ἔρ-
 γον κατεβάλλοντο παρορμητικῶν. οὗτοι τῶν παρορμη-
 κηστέων τῶν ῥίζων ἐβλάστησαν. οὗτοι τῶν ἐπαγ-
 γελθέντων τὸν θεμέλιον κατέπηξαν. ἐκ τούτων
 ἡμῶν ἡ τῆς ἰατρίας μνηστέων κατεσκευάσθη. ἐκ
 τούτων ἡ τῶν παρορμητικῶν ἐπεδήμησε πλήρωσις.
 ἐκ τούτων ἡ τῆς ἀφορμῶν ἀνατίταλκε παρὸς
 ξενος ἐκ τούτων τὰ τῶν παρὸς ἀποδοτικῶν ἐνέ-
 χυρα. ὄποι τὸν δὲ ὑπερβάλλουσιν ἀρετῶν τῶν
 πρῶτων γὰρ εἰς τὴν κλισίαν κατέστησαν. δὲ πᾶσιν
 ὄδον βαδίσαντες, παρὸς τῶν ἀκρότητα τῆς τελειό-
 τητος κατέστησαν, καὶ μόνοι τῶν πλείστοις ἐξ
 αἰῶνος ὀπιτηδεύων ἐπέτυχον.

Τῶν γὰρ ἐθιμῶν τῶν νόμου παρορμητικῶν τῆς δι-
 τεκνία παρορμητικῶν τῶν ἀσέβειαν, καὶ τεκμη-
 ρεῖν ἀψυδὲς διλογίας τῶν ἀσέβειαν τῆς φύσεως
 λογισμῶν, δὲ αὐτῆς τῶν ἀξίωμα τῶν θυ-
 σιῶν, παρορμητικῶν τῶν δεκτέων. ὄσθεν ἀλόγως οἰμῶν,
 ὄσθεν τῶν παρορμητικῶν παχύτητος ἀλλότριον
 θεοσεβῶν. ὄσθεν γὰρ σωματικῶν οἱ τότε διέ-
 κειντο, τῆ τῶν βιωτικῶν ὀπιτηδεύει τὰ τῶν ψυχῆς συγ-

fit. Solâ benignitate ex nihilo fueramus
 à Deo fictore producti: iussi eramus pa-
 radisum incolere in operibus bonis:
 malo mandatum consilio repuleramus:
 voluntate, in nostra capita mortem afci-
 ueramus: Promissa nihilominus à Crea-
 tore fuit liberatio, eratque illa futura,
 querebaturque tempus qui idonei forent.
 Præteribant generationes; iuges pro-
 phetiæ edebantur: Patriarcharum res,
 ac omnium Iustorum in spe positæ erât.
 Abraham transierat, ac nepotes, cùm
 ij, in symbolis diei sacramentum edocti
 essent, atque hianti animo in futuri euē-
 tum haberent. Admirabilis ille Moyseſ
 claras mysterij figuras conspiciens; ac ve-
 ritatis notas considerans, ipsius tempore
 implendâ, quæ prius ostensa essent, arbi-
 trabatur. Erat spes in deserto: in Iudici-
 bus populi ducibus expectatio: Samuel
 responsa accipiebat: Dauid, propè diem
 esse clamando, multus erat: Propeta-
 rum chorus clarâ prædicabat voce. Chri-
 stumque iam in ianuis annunciabat.
 Omnes nihilominus spe suâ frustrati
 transierant. Quia verò deficiebat tem-
 pus, cum ijs qui digni erant; tandem-
 que illud vere dignos inuenit ex eor-
 um ortos profapiâ, atque in eum finem
 à rerum auctore præparatos; Ioachim,
 inquam, & Annam; eius parentes; quæ
 causa extitit euentus promissorum:
 Nam Ioachim quidem, repositus; Anna
 verò, gratia, liquidò exponitur: hi, ora-
 culis annunciatorû exordia, in opus ster-
 nere cœperunt: hi rerum in spe positarum
 radicem germinarunt: hi promissio-
 num fundamentum fixerunt: ex illis
 pigmentaria nobis, medicaque officina
 structa est: ex ijs venit Prophetarum
 impletio: ex iis orta est lætitiæ auctrix;
 ex ijs præierunt gaudij pignora. Hi ita-
 que ab excellenti virtute supra omnes
 creaturæ conspicui constituuntur. Id-
 circò omni decursâ viâ, ad summum
 perfectionis verticem oecurrerunt: foli-
 que res plerisque à sæculo desideratas,
 consequi meruerunt.

Nam cùm legalium constitutionum
 iura prolis copiâ pietatem censerent,
 certumque benedictionis argumentû,
 naturæ vbertatem haberent, ex eâ de-
 cernebant, vt hostiæ gratæ, ac accep-
 tabiles essent: ita sanè, vt meâ quidem
 sententiâ, nihil illa à ratione, autue of-
 ferentium crasso animo, alienum sanc-
 cirent. Quia enim eius ætatis homines
 corporibus addictiores, sæculariû aug-

Ratio proba-
 bilis repulso-
 rum sterili-
 um, vt ne Deo of-
 ferrent.

 πύτων· δι' ὧν, ὡς μὴ ῥαγεῖσα κέρκορον, μὲν δ' ἀφ-

A quo à peccati sordibus, labiorum con-
 tactu emundamur. Aue mensa, quæ pa-
 nem illum nouo, ac naturæ inaudito
 modo confectum gestas; quo sustentati,
 fame enecabamur, ex tanto discrimine
 euasimus. Aue porta, quæ soli Regi in-
 gressuro ad nobis similem induendum
 naturam destinata es, claustris veneran-
 dæ tuæ virginitatis immotis. Aue pala-
 tium, ex quo humili habitu progressus
 Rex, erectam contra nos mortis poten-
 tiam sustulit: durissimamque ipsius ac
 molestissimam tyrannidem, in requiem
 commutauit: ad quam tu quoque ho-
 diernâ die recepta, ad immortalitatem
 per te mundo concessam, prouerhis.

Ezech. 44 v. 1.

Pro. 30. v. 29.

Multa filia fecerunt uirtutem (adda-
 tur & hoc reliquis encomiis: quando-
 quidem nusquam alibi eius ueritas con-
 stat) *multa acquisierunt diuitias*: at ma-
 ior omnibus est, quæ apud omnes cele-
 bratur. Haudquaquam fallax eius pul-
 chritudinis gratia: quamobrem Deus,
 eius specie ac pulchritudine captus, ex
 omnibus vnâ hanc sibi matrem dele-
 git; exque eius sanguinibus humanam
 assumens formam, figmenti formam,
 quæ difluerat, in pristinum statum in-
 staurat. Verè sola in mulieribus benedi-
 cta, quæ sola primæ paræti, eiusq; poste-
 ris opem tulit: illi quidem, quâ dupli-
 cem calamitatem, cuius illa sibi, ac fi-
 liis auctrix fuerat, exoluit: hos uerò, quâ
 à malis, quibus obnoxij tenebantur, re-
 demit; nec est passa ut posterî, in eadem
 mala denuò incurrerent, ut nimirum
 maledictio, secûdum eum cursum, quo
 humanum depascebatur genus, haud
 vltra procedat; sed retrò actus sit, ac
 conuersus mali impetus; eius præsentia,
 quæ benedicta existit: ut nec ampliùs
 homines ineuitabilibus mortis cassibus
 teneantur; sed utantur eâ taquam tran-
 situ ad uitam. Hoc planè, quod in Bene-
 dictæ hîsce solemnibus, festiuè recolimus:
 E quam Rex, Filiusque, mortis interuen-
 tu ad se traducens, quâ propriæ gloriæ
 facit participem, maiori supra creatâ
 omnia, gloriâ auget: eâ ratione vicem
 rependens eius ex ipsâ participationis,
 quâ Patris immutabilis Character, simi-
 lem nobis formam accepit: more no-
 stro, effectus particeps carnis & sangui-
 nis; proque maternâ ipsi impensâ cu-
 râ, agendi libertate apud ipsum do-
 natam, sibi proximam locans: quo mu-
 nere, tanquam minimè à mundo ab-

NOTÆ.

E plurimis ac disertissimis Orationibus à Leone verè Sapiente, æternæ memoriæ monumento relictis, quarum è Romanis Codicibus syllabum edidit Baronius, has tantùm libuit fasciculo nostro addere, partim nouas, partim quibus licuit restitutas, quæ peculiariùs ἐορτασικαί, tum in Dominicas, tum in S. Mariæ festiuitates dictæ essent, nostrisque in eisdem Ecclesiastico ritu oraturis vsui forent.

Ad Orationem in S. Maria Natiuitatem.

Nunc primùm edo è Codice Eminentiissimi Cardinalis Mazarini: ex quo etiam sequens exscripta fuit: dignæ ambæ Leonisi illâ in Mariam pietate.

1. Videbat enim. Tangit communem Græcorum opinionem, inductarum nuptiarum occasione peccati; vt alioqui humanum genus non foret propagandum crasso illo, ac velut brutali modo, quo modò propagatur.

Ad Orationem in eiusdem Presentationem in templo.

1. **S**upplicatione deducitis? λιτανύετε. In sequentibus accipit eam vocem pro deprecatione, quæ ipsi Mariæ fieret, aptans proposito illud Psal. 44. *Vultum tuum deprecabuntur omnes diuites plebis.* Hic autem nihil aliud innuit, quàm virginum illam, deducentium Virginem accensis facibus sacram pompâ; quâ vnâ honestarunt Mariæ parentes, filia oblationem: sic enim Iacobiliber, cui Græci omnes laudatores Mariæ in istis nituntur: καὶ εἶπεν Ἰωακείμ· καλέσατε τὰς θυγατέρας τῆς Ἑβραίων τὰς ἀμύητους, καὶ λαβέτωσαν ἀνὰ λαμπάδα, καὶ ἔσωσαν κατόμηναι, ἵνα μὴ στραφῆ ἡ παῖς εἰς τὰ ὀπίσω, καὶ ἀχμαλωποδῆ ἡ καρδία αὐτῆς ἐν ναεὶ Κυεῖς. καὶ ἐποίησαν ἔπος, ἕως αὐτῆς ἀνέβη ἐν τῷ ναεὶ Κυεῖς. Dixit autem Ioachim: *Conuocate filias Hebræorum, quæ sint incontaminatæ, sumantque singulas accensas faces, ac maneant accense, vt ne puella retrò conuertatur, eiusque animus à Domini templo captiuus abducatur: sicque fecerunt, donec ascendisset in templum Domini.* Sic ergo velut commune anathema oblata est, non vt parentum singulariter munus; quod auctor vrget, ac colligit.

2. In postcessum dependunt. προσατάβαλλεσι.

Tomus I.

Aλλοσι. Publicani, ac cōmunium veſtig alium redemptores, duo tempora habebant constituta, quibus soluerent: vnum statim factis redempturis, quod προσατάβαλλε dicebatur; alterum, cum pensionis, mercedumque reliqua pars iam in debitum pendebatur, quod dicebatur προσατάβαλλε. Velit ergo Leo sic amicos diuites, pauperibus amicis refundere, vt quæ illi insumpſissent, iis tractandis. Verùm meliùs quadrat τὸ, προσατάβαλλε. Non enim nos in Deū priores aliquid contulimus, sed ipse contulit, quæ ipsi nos postea offeramus: nec amicus diues factas amici pauperis expensas expectare debeat, sed occupare: eoque inclino vt sit προσατάβαλλεσι.

Ad Orationem in Domini Presentationem in templo.

Habemus ex Regiâ gazâ luculentissimam, partim festiuam, partim polemicam, ac quâ Filij, ac Verbi diuinitatem in humilitate, quâ se legi subiecit, præcipuè vindicet. Opus certè elegans, ac pium, dignumque vt tandem aliquando iuris publici fiat.

Ad Orationem in S. Maria Annunciationem.

Ediderat Gretzerus septimam: malui ego editarum ab ipso primam nouùm edere, quem ordinem rerum ipsa series videtur exigere, exceptâ temporum ratione: significat enim Leo recens adeptum Imperium, ista orasse. Paucula sunt in quibus non placuit Gretzeri versio, quanquam fuit vir doctus; quæ tu Lector collatâ vtriusque versione meliùs censueris.

Ad Orationem in festum Palmarum.

Luculentissimo Encomio pius Imperator, æterni Regis triumphum profequitur, ludens exordio, in Dauidis antiqui laudatoris, Regisque, cum ipso pariter Rege, ac nouo laudatore, in vniuersorum dilaudando Rege, conuenientiâ, quem maximè regia laudatio deceat.

1. Quod olim Regi atque Propheta. προειρημένον πρὸς βασιλεῖ καὶ προφήτην. nempe Dauidi Psal. 8 Nihil clarius. Interpres leuiùs in Christum refert, cui Regi ac Propheta prædictum sit perficiendam laudem. Sed

Eccc

id longè à plano sensu, ac auctoris mente. Argumentum hoc ad Christi adstruendam diuinitatem, vrgent pariter tractatores reliqui.

2. *Nostram deformitatem.* τὸ ἡμέτερον ἀσχημον. Planè animæ, non corporis informitatem, vt malè reddit Interpretes: mirorque viro docto sic excidisse: ac quanquam in Christo, corpus, ac caro haud rarè pro totâ humanâ naturâ accipiuntur, haud tamen in homine, quod est animæ facilè intelligatur nomine corporis; nec quam in animâ deformitatem peccatum facit, corporis informitas appellari possit.

3. *Vt Mens, aut Spiritus.* τοῦ ἡ πνεύμα. Pater scilicet qui Mens intelligitur, vel deitatis fons, ex quo Verbum, & Amor; Filius scilicet, ac Spiritus sanctus. Ex Mentis ergo & Spiritus ratione, rectè colligit non fuisse conueniens vel Patrem incarnari, vel Spiritum sanctum: benè autem Verbum, cuius sit in tomo, seu libro sensibile fieri, ac circumscribi. Gretz. nullâ Mentis, aut tomi mentione, nihil subtilem auctoris sensum exprimit; apud quem etiam perperam δὲ τὸ μὲν scriptum est, pro, δὲ τὸ μὲν vti paulò post repetit auctor: ὡς περ ἐν τόμῳ, τῆ ἐκείνων παρῆντι ὀρθαίς: vbi etiam Gretzero displicet tomi nomen, seu, libri; quod Rex Theologus ex Prophetâ Euangelistâ accepit: λάβε σεαυτὸς τόμον νέου μεγάλε. Sume tibi tomum noui magni, Isai. 8. eoque charum toties repetit.

Ad Orationem in Extractionem clauorum, ac Dominici corporis sepulturam.

PRimam hanc è nouem è Bauaricâ Bibliothecâ ediderat Gretzerus: quo argumento extant luculentissime Græcorum orationes. Ad magni potius Sabbati diem spectare videtur, quàm Parasceues: vt non omnino probem quod titulo præfertur. τῆ ἀγία καὶ μεγάλη ἑβδομάδῃ. cum auctor præcipuè celebret diem septimam, eiusque requiem, nouâ operum cessatione, ac operum recreationis, consecratam: vti primò consecrata fuerat cessatione operum creationis. Fortè dicta sit die ipsâ Parasceues; sed vergente ad vesperam, quando iam velut inchoante Sabbato, Dominicæ sepulture memoria recoli incipiebat.

1. *Scopulis, ac petris expedita.* τῶν ἀπὸ τῶν ἀμαρτίας ὑπεξήρθσα. Clara, aptaque metaphorâ: non quam exprimit Gretzerus, dum pro petris, quibus sub aquis latentibus solet naufragium effici, peccati maculas reddit.

A 2. *Qui fame periclitatur* Pulchra ratio inducens ad eleemosynam; vt cui sacre mensæ communitio tribuitur, huic nec communis negetur; quantum saltem necessarius vsus postulat. Malè Gretz. ad ipsum refert, à quo sit præstanda eleemosyna, non cui sit præstanda: quasi verò, prouocare debeamus vt eleemosynam tribuat pereuntem fame; non diuites, ac quibus expedita sit eius facultas, vt in egenos eiusmodi eleemosynam conferant.

B *Ad Orationem in Dominicam Resurrectionem.*

Videatur hæc Leonis Orationum fere palmaria, sic doctè, pressèque, tum nostra edisserit, tum traducit externa. Multis emendatior prodit ope Regij Cod. ex quo edendam putavi collatam cum editis.

1. *Quo patris Saturni.* Nota fabula ex fœti Cœli à Saturno filio, ex cuius genitalibus in mare proiectis nata sit Venus, turpis reuerâ fœtus, quique turpiter suos, ac notos, scortum turpe afficiat. Gretzerus nihil rem exprimit, refertque in Saturnum malè affectum, quod auctor in eundem habet malè afficientem, patrem. Nec benè vocem ἀγαπίου, tanquam suspectam nititur emendare, cum adscribit marg. ἀγαπίου, vel ἀγαπύου: quæ planè voces nihil quadrant. Nihil moror fabulas quas auctor perstringit: tantum mentem clarè repræsentare conor: petet qui volet à Mythologis, apud quod ista peruia sunt.

2. *Ad turpe, nefandumque ministerium.* εἰς ἀτοπον ἀπάξει δακρυίαν. Sic palam auctor; cuius non emendatio est, sed deprauatio, quod Gretzerus margini adscribit, redditque, εἰς τὴ ποτὴ, vel ποτὴ, vel εἰς δὲ πόντον. pincernæ ministerio destinavit. Eos namque Gentiles perstringit, qui in Neptuno, ac Diuis aliis, gulam, putarent minus decere; lubentesque; admitterent in eis luxuriam: cuius liquet notatum Neptunum; non autem gulæ: nec fortè decrant qui Ganymedem sic à Ioue raptum contenderent, vt ei in deliciis esset, quod leniori vocabulo pocillatoris ac pincernæ mollirent. Non liquet mihi ex quibus Mythologis habeat Leo sic raptum à Neptuno Pelopem, vt nō ambio doctior videri in Gentilium fabulis; qui nudâ ac Christianâ veritate magis delecter.

3. *Post plagas alias.* ἐπὶ ἄλλαις πληγαῖς. Clara sententia: Liqueat enim primogenitorum cædem, vltimam fuisse, ac grauissimam Ægyptiorum plagam; exceptâ duntaxat Pharaonis submersione, vbi iam Israëlita di-

missi fuissent: Non ergo aptè Interpres auctorem intricat, cum corrigat ἐπὶ ἀλλήλοις, ἢ ἀλλας ἐπὶ ἀλλαις. quod suum minus coherens, pro auctoris coherentibus reddit. Το καλεμβόις, quod habent edita, ac Gretz. reddit, nihil aptum est; benè autem quod ex Regio restituumus, κακαμβόις. quâ voce passim tractatores, ipseque proxime Leo, mala captiuitatis Hebræorum in Ægypto expriment.

4. *Ratione fixationis in imo.* ὅτι ἢ κέτω πῆξις. Distinguit subtiliter quod nostri Theologi; ratione fundamenti, & virtutem fundandi: habet primum Christus ratione humanitatis, quæ est illa κέτω πῆξις. velut *ima*, ac in terris fixio, fictioque: alterum habet supernâ, ac deitatis virtute: quod vltimum integrè ommissum ab interprete, nullo sensu altum auctoris sensum habere facit. Sequentia quoque valde erudita; vt Christi vulnera, ac sanguis sint oblata Patri, non diabolo, tametsi Christus ab eius redemit potestate; partim textu minùs integro, partim minùs plenè reddito, obscura ac perplexa erant: ac in iis, illud, ὃ καὶ τὴ ψυχὴν ὡραπίθεται. cui etiam commendat animam: quam optimam auctor probationem assumit: ieiunè Interpres: cui & animam adiungit. Vult ille, vti Christus soli Patri commendauit animam, sic ei soli obulisse suos cruciatûs.

5. *Propter latam sententiam.* ὅτι ἢ δαπόρασι. Palam auctor alludit ad locum horti, quo priùs lata fuit mortis sententia, auctrice femina præuaricationis, in cuius pœnam illa lata est: cuius ideo munus sit, mœror, ac habitatio in sepulchro; parientis in mœrore; ἐν λυπαίς. in tristitiis: quam & auctor retinet vocem: nec nisi mortales, ac sepulchri habitatores, mortalis ipsa, ac sepulchri incola. Perperam ergo Interpres, aptam vocem, non aptâ commutans, δαπόρασι, ἀπὸ δαπόρασι. quod secundum constanter habent Codices, sua non bona, ac acumine vacua, bonis, ac subtilibus auctoris substituit.

6. *Cum ille iam requirendis incumbat.* κατὰ σαυτόν εἰς ἀναζήτησιν. Perspicua, ac auctoris probata phrasis, hîcque sensu nixa: malè proinde Interpres mutat in ἀναζήσις. In sequentibus, ac ad finem multa desiderantur, eaque illustra, quæ noua re præsentio ex Cod. Regio.

Ad Orationem in diem Pentecostes.

DOctè, & vt Theologum deceat, Spiritûs Deitatem vindicat, ac fidem Trinitatis explicat, vno duntaxat excepto,

A in quo fortè Græcorum schismaticorum errori adhærere videri possit; vt nimirum omninò excludat à Filio causæ rationem, quam vocant: siue vt vllâ ratione producat eum Patre Spiritum sanctum. Quamuis enim non ita clarè loquatur, sic tamen sentire velut quodammodò indicat: cum Patrem ait, ἡμεῖς, καὶ πνεύματος ἁγίου ἀληθινὸν καὶ ὁμοούσιον καὶ ὁμογενὲς τῷ Πατρί, ἃ ἡμεῖς καὶ ἡμεῖς καὶ ἡμεῖς. peculiare habere, esse causam Filij, ac Spiritûs sancti: vbi præmississet distingui personas vno hoc, τῆς αἰτίας, ἢ τῆς ἡμεῖς, ἢ τῆς ὁμοούσιου, ac principij ratione, generatione, ac processione. Cum item, Latinos proculdubio notans, ita ad finem ait, μὴ εἰς αἰτίαν αὐτὸ ἀπὸ αὐτοῦ ἀναφύεσθαι: neque in duas ipsum causas referentes: quod ait, πολλαρχίαν ἐν τῇ μοναρχίᾳ. Ἐἰ δὲ παρὰ τὸν ἑαυτοῦ. eorum qui multa principia, in vnius principij Trinitatem inducunt. Quamuis enim ipsa hæc Latinorum, ac Ecclesiæ sententia habeat, vniusque & ipsi principij Trinitatè credamus, Patre ac Filio, vno ac eodè Spiritûs sancti principio, quâ ratione mens & verbum, vna sunt amoris causa: nec alia, quàm mens ipsa, quæ & Verbi & amoris causa existit: sed verbi, sola: amoris, cum verbo, ac per verbum: quem Tarasius, aliique Græci Orthodoxi, modû loquendi subinde probarunt: Leo tamen velut insinuat ita sentire, non posse Spiritum sanctum referri in Filium, quin duplex eius causâ ponatur: quæ Græcorum semper offensio fuit; tametsi olim S. Maximus probè explicauerat, vt vnam Latini Spiritûs causam, siue principium Patrem agnoscerent, nec eius duas ponerent causas, licet etiam ex Filio dicerent, vt liquet ex Epistola ad Marinum altero tomo editâ, ac à Metochite explicatâ. Illa Patris notio, τὸ αἶνον. èst etiam Gregorij Nazianzeni Orat. 24. vbi ait Filium habere omnia, quæ habet Pater, πᾶν ὃ αἰτίας. exceptâ cause, ac principij ratione: si tamen vera lectio est, quam præfatus Metochites falsam arguit, ex eo quod probatiores Cod. habeât πᾶν ὃ ἀληθινότητας. exceptâ innascibilitate: quam etiam vnam aliis locis Gregorius excipit; nusquam verò αἰτίαν, præterquam suspecto illo loco. Vt aliter Leonem explicemus, ac sanam velimus habuisse mentem, pietas erit, præsertim quæstione eiusmodi, Græcos inter, ac Latinos eius tempore valde celebri, quando etiam Galli in Græcos peculiariùs noscuntur inclamasse, vt liquet ex Conc. Rhem. sub Eberond. Multo adiuumento esset, vt ita piè exponeremus, Epistola quæ extat tom. 3. Biblioth. PP. ad Omarum Sarracenorum Regem de fidei Christianæ veritate, cuius Baronius an. 911. ea verba re-

fert: *Ego sum Dominus Deus tuus, Creator tuus, lumen de lumine, Verbum de Patre, ex quibus Spiritus S. procedit: ut illa omnino constaret; ac constaret nihil sibi Interpretem in eâ indulisse, siue Latinum, siue etiã Chaldaicum, ex quo tandem Latina prodit. Vix enim primum putem Chaldaicè scriptam, siquidem verè Leonis Epistola est. Facile verò Græca & ὄν permutentur; quod in Oratione S. Eulogij in Ramos Palmarum factum deprehendi, ac deuoratum à Cyrilli nouo Interprete notauit. Haud certè facile putem Leonem dogmaticâ illâ Epistolâ, aliam edidisse fidem, quàm haberet vsus suæ Ecclesiæ, ac quàm exprimat istâ oratione, cuius tota verba, etiam Orthodoxus sanè proferat. Quare non probo omninò Gretzeri censuram, ad relata verba, quibus Leo reprobatur ut Spiritus referatur in duo principia, cum ita margini adscribit: *Error schismaticorum Græcorum de processione Spiritus sancti ex solo Patre. Nihil sanè eiusmodi erroris habent illa verba, sed indicare videntur, quâ notant Latinos, ut eò ponant duo principia Spiritus sancti, quòd Filium ab eius productione non excludant: utque reuerâ Leo in aliquos è Latinis ita rudiùs exponentes processionem ex Patre ac Filio, locutus sit, ut est probabile non defuisse plures qui sic intelligerent, ac duas causas siue principia Spiritus, Patrè ac Filium dicerent; non modò non protulit errorem, sed & id ipsum quod postea vniuersali Concilio vtraque Ecclesia sanxit: nihilque vetat, ut ne vir Theologus, ac insigniter eruditus, ita subtiliter intellexerit; sicque affectarit loqui, ut & nihil errorem habes proferret, nihilque suos, ac Græcos contentioni studentes, ex sermone offenderet: alioqui enim additum ipsum Romanæ Sedi, à quâ etiam reluctante Patriarchâ Constantinopolitano nuptiarum Græcorum iure prohibitarum remissionem impetrauerit, ipso etiam Patriarchâ Latinorum, ac Occidentalium sententiâ, eâ occasione exauctorato, liquet. Quâ dere Baron. & alij.**

1. *Cerearum, ac caducarum. κηρίων λογισμῶν.* Videtur alludere ad ceras images, quæ sunt quid admodum fragile: simulque etiam ad vocem κηρ respicere, à quâ est κηρίον: cui opponit τὸ κηρίον. Vel potius alludit ad ceras, quibus inscripta facile obliterabantur: quod planè incorruptibilibus minimè congruat.

A 2. *Diuisionis olim factæ.* Videtur eam ignis proprietatem respicere, quâ eiusdem res rationis in vnum conflat, ac inuicem vnit; uti è contra disgregat, ac separat, quæ sunt diuersæ rationis. Venit ergo ignis specie Spiritus sanctus, ut in symbolis diuisus, ac singulis seorsim insidens, vnum omnes, ac vnus linguæ efficeret.

Ad Orationem in Dormitationem S. Mariæ.

B **L**audat Leo celebri hoc encomio; quod fere nobis de Mariæ transitu compertum est: ut nimirum Filij exemplo verè viuus exempta sit, ac naturæ sancta debito, translato postmodum eius tabernaculo, ac sacro corpusculo, quicquid tandem eo factum sit: siue, inquam, rediuuium, animæ iterum copulatum est; siue seorsim ab ipsâ, loco cõgruo depositum; ipsum pariter cum hominum reliquis corporibus excitandum: singulari prærogatiuâ eius Filio, qui sit vitæ auctor, ac nullo debito cum morte congressus sit, ut breui tantùm tridui spatio ipsam gustauerit. Eadem fere Andreas Cretensis, ex quo Leo hanc doctrinam acceperit.

C 1. *Quid istud quod cernimus? τί τὸ ὁραμυρον;* Aliâ Gretzerus distinctione, nullo congruo sensu locum hunc reddit: ac velut auctor de translatione corporis Mariæ loquatur, non de animæ eiusdem, ἀπαμφοσσωδὸν ἢ σάρκα: ut paulò post ipse loquitur: *qua carne exuta esset: sicque exuta, ac morte demetente, in diuina horrea ferretur, vbi iam esset Filius, ac proles: sic enim intelligo verba illa, συγκομιθῶναι τῇ βλάσει πρὸς τὰ θεία τέμεια.* non ut Gretzerus reddit; *cum corpore ad caelestia &c.* Ac planè mirum ut abhorretia ab auctoris sensu, ac verbis ille reddat; sic refert auctores adire sine præsumptione. Hactenus, quas mihi propositum est Leonis orationes edere. Erant in promptu; In Ioannis Decollationem: In Omnes Sanctos: In Crucis Exaltationem Gretzero Interprete: Item Encomium in S. Nicolaum, editum à R. P. Possinio S. I. ex Bibliothecâ Illustrissimi Archiepiscopi Tholosani: præter Encomium in S. Ioannem Chrysostrum ex editione Sauillij, & Encomium in S. Demetrium ex Bibliothecâ Eminentissimi Cardinalis Mazarini: verùm præstat iusto satis volumine modum hîc, ac in Mariâ, Mariano fere manipulo, ac fasciculo adhibere.



ΠΑΝΤΑΛΕΟΝΤΟΣ ΔΙΑΚΟΝΟΥ
 ἡ τῆς Θεῆς μεγάλης ἐκκλησίας· εἰς τὴν ὑ-
 περένδοξον μετὰμόρφωσιν τῆς Κυρίου & Θεῆς
 & σωτῆρος ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

A PANTALEONIS SANGTAE DEI
 magna Ecclesia Diaconi, in gloriosissi-
 mam Domini ac Dei & Salvatoris nostri
 Iesu Christi Transfigurationem.

Λ Ο Γ Ο Σ Α'.

O R A T I O I.

Ο ἰ μὲν ὅτι εἰδότες ἀθλεῖν, τοῖς
 τῆς θεωμύων ἐφῆδονται χρότοις·
 καὶ τῆς τῆς βραβεῖων ἐλπίσιν
 ἀκρονοῦνται πρὸς τὴν αὐτοῖς
 ἀρετῆς νίκην· οἱ δὲ γε τῆς θεῶν χειρῶν
 ἐπιτυχίῃ γλιτῶνται, καὶ τῆς τοῖς ἀγίοις
 διτρεπισμῶν ἐλπίδος διψῶντες ἢ μέτεξιν, τοῖς
 ὑπὸ τῆς εἰς Χριστὸν δισεβείας ἀγωνίας, παρορ-
 ται μὴ ἀσυνήτως· ἢ διδόντων ἢ καταρτοδοσί ζωῶν,
 οὐ τῆς ἀμείνων παρορτῶντες ὄκνον, οὔτε μὴ τῆς
 ἀνδρῶν ἀγαπῶντες δόλια· καταρτοδοσί ζωῶν
 δὲ μάλλον πρὸς πειρασμοῦ, & τῆς τῆς διωκτικῆς
 ἐφόδοις ὀλίγου πρὸς τελείας ἀξιοῦντες λόγου, &
 πλοῦτον ἠγνοῦντες ὅτι παθεῖν ὑπὸ αὐτῶν. **Α**φ-
 ἠμῶν γὰρ ἡ μακαρίου γραφοντος Παύλου·
 οὐδὲν ὅτι ἀξία τὰ παθήματα ἕνεκα χριστοῦ πρὸς τῆς
 μέλλουσας δοξῆς ἀποκαλυφθῆναι εἰς ἡμᾶς·
 ἀλλὰ τοῦ ἰσοῦ * δι' οὗ, οἰκονομία πατρὸς κε-
 χειρισμῶν & νῦν τῆς κρείων ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ
 εἰσόνησιν & οἰκοδομῶν τῆς ἀγίων ἀποστόλων. ἔφη
 μὴ γὰρ πρὸς αὐτοῖς· εἴ τις θέλῃ ὀπίσω με ἀκολου-
 θεῖν, ἀπῆρησάτω ἑαυτὸν, & ἀράτω τῆς σταυρὸν
 αὐτοῦ καθ' ἡμέραν, καὶ ἀκολουθήτω μοι· ὅς γὰρ θέ-
 λει τῆς ψυχῆς αὐτοῦ σωθῆναι, ἀπολέσθαι αὐτῷ· ὅς
 δ' ἂν ἀπολέσθαι τῆς ψυχῆς αὐτοῦ ἕνεκεν ἐμοῦ, θιρή-
 σθαι αὐτῷ, καὶ σωθῆναι μὴ ὅτι πρὸς ἄγγελμα· & ἀρε-
 τῶν ἀγίοις· καὶ τῆς αἰωπῆτος παρορξενον δοξῆς, & τῆς
 εἰς ἡμῶν θυμῶν ἐμπροσθηκόν. ὅ γὰρ ὅτι παθεῖν
 ἐλέσθαι ἀφ' ἑαυτοῦ, οὐδὲν ἀμείνων· μάλλον δὲ τῆς
 ἀγωνίας δοξῆς ἀρετῆς ἢ μέτεξιν. πλὴν οὐπω
 τῆς ὅτι ὑποῖς διδάσκων ἐγκρίτως τοῖς μετῆξιν,
 εἰς τὴν τῆς παρὰ πρὸς ἀνδραγαθίας ἀρετῆς
 ἀδελφείας· καὶ τι τοιοῦτον καθ' ἑαυτοῖς ἀνενοη-
 χῶς εἰπεῖν. πῶς ἀρνήσεται τις ἑαυτὸν ἢ πῶς
 ἀπολέσθαι τῆς αὐτοῦ ψυχῆς, θιρήσθαι πάλιν αὐτῷ;
 τί δὲ τοῖς τῆς τοιοῦτοι ὅτι ἰσοσταθῶν ἔσται χρι-
 σμῶν; ἵνα τοῖνυν τῆς τοιοῦτων αὐτοῖς ἀποσπῆ
 καὶ λογισμῶν καὶ ῥημάτων· καὶ οὕτως μεταχα-
 κῶσι πρὸς ἀνδραγαθίαν, τῆς ἀποσπῆ αὐτοῖς
 ἀκρίτως ὀπίσθιν ἀντεκῶν, λέγω ὑμῖν φησὶν·

Quidem, qui probè ad
 certamen comparati exi-
 stunt, spectatorum dele-
 ctantur plausibus, speque
 præmiorum ad congruam
 ipsis victoriam, animis ac-
 uuntur: Sed & ij, qui Dei
 dona consequi cupiunt,
 quique spei Sanctis quæ sit
 participatio nem sitiunt: au-
 idè, pietatis ergo in Chri-
 stum, certamina amplectantur,
 emerenturque probatam vitam;
 non ignaviam absque mercede
 præferunt; nec eum efce-
 minatam diligunt timiditatem:
 quin, virili pectore, tenta-
 tionem omnem, ac persecutionum
 incurfus, parvi planè pen-
 dunt; diuitiasque reputant,
 ut pro eâ quid patientur.
 Meminerunt enim B. Pauli in
 hæc verba scribentis:
 Non sunt condigna passiones
 huius temporis, ad futuram
 gloriam qua reuelabitur in
 nobis. Vide igitur, quibus &
 modò, prouidè admodum,
 vsus sit ad sanctorum
 Apostolorum commodum atque
 ædificationem, Dominus Iesus
 Christus. Dixerat siquidem ad
 eos: Si quis vult post me
 venire, abneget semetipsum,
 & tollat crucem suam quotidie,
 & sequatur me. Qui enim
 voluerit animam suam
 saluam facere, perdet eam:
 Qui autem perdidit animam
 suam propter me, saluam
 faciet illam. Salubris ea
 quidem admonitio, ac Sanctis
 congrua; quæque supernam
 conciliet gloriam, ac requiem
 iucundam præstet. Non enim
 vacat mercede, ut quis pro
 Christo parti eligat: adeoque
 æternæ gloriæ participes effi-
 cit. Cæterùm cum necdum
 discipuli virtutem ex alto
 accepissent, par fortè erat
 ut etiam aliquid humanæ
 imbecillitatis incurrerent,
 atque eiusmodi quidpiam
 ipsi apud se cogitantes,
 dicerent. Quo se modo
 quis abnegauerit? Aut quomodo
 animam suam perdendo,
 iterum eam inuenturus est?
 Quid verò hocce passis,
 æqualis ad præmium erit
 muneris? Vt ergo tales eorum
 & cogitationes & verba
 compescat, velutque æneos
 ad virile robur transferat,
 dandæ ipsis gloriæ cupiditatem,
 animis eorum ingenerans:

Spei vis: existimando ad certamina.

F om. 8. v. 13.

Luc 9 v 23;

Passio Christi causâ gloriæ conciliat.

Luc. 24 v. 49.

Luc. 9. v. 27.

Dico vobis, inquit, sunt aliqui hic stantes, A qui non gustabunt mortem donec videant regnum Dei. Ergone, inquit, vsque adeo producenda illis est vitæ mensura, vt & ad ea deueniant tempora, quando in consummatione sæculorum, de cælo descendens, paratum Sanctis regnum repositurus est? Planè & hoc illi peruiû erat: Nam potest omnia; nec aliquid est, quod potentissimo nutu conficere nequeat. Verùm, regnum Dei, ipsam dicit gloriæ visionē, in quâ & ipse per id tēpus adspectandus erat, cum iis illuxes-

Luc. 1. v. 37.

erat: Nam potest omnia; nec aliquid est, quod potentissimo nutu conficere nequeat. Verùm, regnum Dei, ipsam dicit gloriæ visionē, in quâ & ipse per id tēpus adspectandus erat, cum iis illuxes-

Matth. 16. v. 27.

Est enim venturus in gloria Dei & Patris; non iam amplius in vilitate nobis propriâ. Quo igitur modo spectatores facit miraculi eos, ad quos promissio facta erat? Ascendit in montem, tres ex illis præcipuos secum habens; ac tum in eximium quendam ac supra hominem, splendorem trans-

Luc. 9. v. 28.

formatur; vt etiam vestimenta eius luminis appulsiu lucere viderentur: Sicq; Moyses & Elias adstantes cum Iesu, inuicem conferebant; dicentes exitum eius, quem, inquit, completurus erat in Ierusalem: Hoc est, dispensationis in carne sacramentum, salubremque, in pretiosâ Cruce passionem. Sanè enim, præmonstrauit Christi sacramentum, tum lex per Mosen data, tum sanctorum Prophetarum sermo: illa quidem, velut fere in tabellâ in figuris vmbriisque depingens: hic autem, multis modis fore prænunciantes, vt quandoque in humanâ visibilis specie appareret, nec pro omnium salute & vitâ, in ligno crucis mori detrectaret. Illa ergo Mosis Eliæque præsentia, mutuaque fabulatio, dispensatio quædam erat: id apertius significans; nimirum muniri Dominum Iesum Christum, lege ac Prophetis; velut quibus olim legis Dominus & Prophetarum, designatus esset, per ea quæ vtraque inuicem consona in eum prædixissent. Nec enim à legis scitis, Prophetarum dissident oracula. Hocque significatum arbitror, quod sacratissimus Moses, Eliasque Prophetarum præclarissimus, inuicem colloquerentur. Potest etiam aliud quidpiam intelligi. Quoniam enim turbæ dicebant: hi quidem Eliam esse; illi Ieremiam; alij vnum ex Prophetis: idcirco Apostolici ordinis capita, summosque principes ducit, vt inde nouerint quid inter seruos, Dominumque intersit. Ad hæc quoque aliam rationem nobis afferre licet. Quia

Moyfis & Elias cum Iesu colloquia,

Matth. 16. v. 14.

Ascendit in montem, tres ex illis præcipuos secum habens; ac tum in eximium quendam ac supra hominem, splendorem transformatur; vt etiam vestimenta eius luminis appulsiu lucere viderentur: Sicq; Moyses & Elias adstantes cum Iesu, inuicem conferebant; dicentes exitum eius, quem, inquit, completurus erat in Ierusalem: Hoc est, dispensationis in carne sacramentum, salubremque, in pretiosâ Cruce passionem. Sanè enim, præmonstrauit Christi sacramentum, tum lex per Mosen data, tum sanctorum Prophetarum sermo: illa quidem, velut fere in tabellâ in figuris vmbriisque depingens: hic autem, multis modis fore prænunciantes, vt quandoque in humanâ visibilis specie appareret, nec pro omnium salute & vitâ, in ligno crucis mori detrectaret. Illa ergo Mosis Eliæque præsentia, mutuaque fabulatio, dispensatio quædam erat: id apertius significans; nimirum muniri Dominum Iesum Christum, lege ac Prophetis; velut quibus olim legis Dominus & Prophetarum, designatus esset, per ea quæ vtraque inuicem consona in eum prædixissent. Nec enim à legis scitis, Prophetarum dissident oracula. Hocque significatum arbitror, quod sacratissimus Moses, Eliasque Prophetarum præclarissimus, inuicem colloquerentur. Potest etiam aliud quidpiam intelligi. Quoniam enim turbæ dicebant: hi quidem Eliam esse; illi Ieremiam; alij vnum ex Prophetis: idcirco Apostolici ordinis capita, summosque principes ducit, vt inde nouerint quid inter seruos, Dominumque intersit. Ad hæc quoque aliam rationem nobis afferre licet. Quia

Εἰσὶ πινὲς τῶν ὠδε ἐσηκότων, οἱ πινες οἱ μὴ γὰρ σονται θανάτου, ἕως ἂν ἴδωσι τὴν βασιλείαν τοῦ Θεοῦ. ἀρὰ γὰρ εἰς τοσοῦτον αὐτοῖς ἐκταθήσεται φησὶ τὸ τῆ ζωῆς μέτρον, ὡς ἔστι εἰς οὐκείνους φθάσαι τοὺς χρόνους, καθ' οὓς ἐστὶ σωτελεία τῶν αἰώνων ὅς οὐρανὸς κατελθὼν, ἀποκαταστήσῃ τοῖς ἀγίοις, τὴν τοῖμα σφύριον αὐτοῖς βασιλείαν; ἀλλ' ἡ μὲν ἔστι τὸ ἐφικτὸν αὐτῶν· πάντα γὰρ διώματα, ἔστι δὲ ἀμήχανον ἢ αἰώυτον τοῖς αὐτῶν πνευματικαῖς κτύμασι. βασιλείαν δὲ Θεοῦ φησὶν, αὐτῶν τῆ χάριτος τῆ δόξης, ἐν ἣ καὶ αὐτοῖς ἐφθήσεται κατ' οὐκείνο κληροῦ, καθ' ὃν αὐτῶν ἐπιλάμψῃ τοῖς ἐπι τῆ γῆς· ἡξεῖ γὰρ ἐν δόξῃ τοῦ Θεοῦ καὶ πατρὸς καὶ ἁγίου ἐν γὰρ μακρὸν σμικροσπεπεία τῆ κατ' ἡμᾶς. πῶς οὖν ἀρὰ θεωρεῖ ἐποίει τῶν ταύματα τοῖς λαβόντας τὸ ὑπόδειξιν; ἀφῆσιν εἰς τὸ ὄρος Ἰβὺς ἀπ' αὐτῶν τοῖς ἐπιλέκτους ἔχων· εἶτα μεταπλατήσῃ πρὸς δεξιὰς ἵνα καὶ θεωρητῆλα μακρότητα ὡς ἔστι τῆ ἰματισμὸν αὐτῶν, τῆ τῶ φώδης

C θεωροῦν τὴν ἀγαθὰ μὴ ἀδικεῖν· εἶτα Μωυσῆς ἔστι Ἡλίας ὡς ἐρεσηκότες τῶν Ἰησοῦν, θεωροῦν τὸν ἀλλήλοισ τὸ ἔξοδον αὐτῶν, ἡ ἔμελλε πληροῦν, φησὶν, ἐν Ἰερουσαλήμ· τουτέστι, τῆ μὲν ἁγίας οἰκονομίας τῆ μυστήριον, ἔστι σωτήριον πάθος τῶν ταῦ πρὸς σαυρῶν. ἔστι γὰρ ὅστιν ἀληθές, ὅτι ὁ ἀγαθὸς Μωσέως νόμος, καὶ ὁ τῶν αἰώνων θεωρητῆν λόγος, τῶ Χριστοῦ μυστήριον θεωρεῖ δὲ ἔξεν· ὁ μὲν ἐν τύποις ἔστι σκιά· μονοουχὶ καθὰ τῶν ἐν πίνακι καταγράφων αὐτῶν· οἱ δὲ, πολυῶς τῶν θεωρητῶν κότες, ὡς καὶ ἐφθήσεται κατ' ἡμᾶς, ἐν εἶδει τῶν καθ' ἡμᾶς, καὶ ὅτι τῶ ἀπῶτων ἕνεκα σωτηρίας καὶ ζωῆς, ἐπιλάμψεται τῶ παθεῖν τὸν ἐπὶ ἐύλου θάνατον. Ἐκοῦν ἢ Μωσέως καὶ Ἡλίας ὡς ἔξασασι, καὶ τῶ θεωροῦν ἀλλήλοισ αὐτοῖς, οἰκονομία ἡς ἡμῶν, ὅτι μάλα καταδικνύουσα δορυφοροῦν ἡμῶν ἕπὸ νόμου καὶ θεωρητῶν, τὸν κύριον ἡμῶν Ἰησοῦν Χριστόν, ὡς καὶ νόμου ἔστι θεωρητῶν δεσποτῶν θεωροῦν ἀλλήλοισ τῶν αὐτῶν· δι' ὧν ἀλλήλοισ σωφδὰ προεκήρυξαν· ἐγὼ ἀσύνετα τοῖς ἀγαθῶν νόμος τῶ θεωρητῶν καὶ τῶ ὅστιν οἰμα τῶ, ἀλλήλοισ θεωροῦν Μωσέα τῶ ἱερώτατον, καὶ τῶ θεωρητῶν πῶμαρῖσον. Ἡλίας ὅτι ἔστι ἡμῶν· ἐστὶ ἢ καὶ ἄλλο πῶ νοῶσαι· ὅτι οἱ ὄχλοι ἔλεγον· οἱ μὲν, Ἡλίου· οἱ δὲ, Ἰερεμίου· οἱ δὲ ἕνα τῶν θεωρητῶν, τοῖς κρυφαῖοις ἀγαθῶν, ἵνα κ' ἀντιδῶν τῶ μέσον ἴδωσι τῶ δούλων καὶ τῶ δεσποτου. μὲν ταῦ τῶν δὲ καὶ ἔτερον ἕνοιαν ἐστὶν εἶπειν· ὅτι

γδ σωεργως ενεκα' λου αιτα' τ' πα'ραβαινει τ' νόμον, κ' βλασφημην αυτον ειη) ενόμιζον, ως σφετεριζόμενοι δόξαν ου' προσήκουσαν αυτα', τιω' τ' πα'τρ'ος, κ' η' ελεγον. ε'στ' ουκ' εστιν ου' Θεου, ο'τι τ' σαββατον ου' τηρει. ε' παλιν. πα'ρι κ' αλοδ' εργου ου' λητα' ζου' σε. αλλα' πα'ρι βλασφημίας, κ' ο'τι ανθρωπος αν' ποιεις εαυτον Θεον. ινα δη'ρη' ο'τι βασιλει'ας αμφοτερα' τα' ε'γκληματα, κ' ε'κα'τερον του'των ε'στιν ανθ'ρωπος. ε' ου'τε νόμου πα'ραβασίς ε'στι τ' νόμος, ε'τε δόξης σφετερισμός τ' οι' προσήκουσας. τ' λέγειν εαυτον ισον τ' πα'τρι. τοις εν'εκα'τερω' λαμψαν'τας του'των εις μέσον α'γα'. ε' γδ' Μωυ'σ'ος τ' νόμον ε'δωκε. ε' η'δ'ω'σαντο λογι'σασθαι οι' Ιουδα'ιοι, ο'τι ουκ' αν' πα'ρειδε' τ' πα'ραβαινοντα αυτον. κ' τα' τελει'κότι πολέμιον ε'θερα'πλευσεν αυ'; ε' Ηλίας δε' υ'ψ'ος τ' δόξης τ' Θεου ε'ξήλωσε. κ' ουκ' αν' ει' ανήθεος υ'ω', ε' Θεον εαυτον ε'λεγειν ισον τ' πα'τρι, μη' αν' ο'παρ' ε'λεγε, μη' δε' προσήκοντως τ'το ποιαν'. πα'ρήση κ' αυτος ε' πω'ήκουσεν. ε'στι δε' κ' ε'τερον αι'τιαν ει'πειν μ'ε' τ' η' ειρη'με'ριον. ποιαν' δη' ταυ'τω; ινα μ'ε'θω'σιν ο'τι ε' θανάτου κ' ζω'ης ε'ξο'σίου ε'ξ'η'. κ' τ' η' αν'ω κ' τ' η' κα'τω κρα'τει. ε'στ' τ'το κ' τ' ζων'τα κ' τ' τετελευτη'ε'τα εις μέσον α'γα'. κ' γδ' Φαρι'σαιοι, ουκ' ε'σθ'ησαν. αλλ' ε'λάλουν τ' ε'ξοδον υ'ω' ε'μελλε' πληρω'ω' εν' Ιερουσαλη'μ. του'τε'στι τ' πα'θος, ε' τ' σα'ρον, κ' τ' αι'σασιν. αλλ' οι' μ' μα'κ'ριοι μα'θηται' βρα'χυ' πως ε'πονυ'σά'ζουσιν, ως τ' προσευ'χη' χο'λα'ζουτος τ' Χρισ'του. ε'πληρο'το γδ' ο'ικονομικ'ως πα' δ'υ'θε'ρα'π'να. ε'ιτα ε'σ'ρηγηρη'σθη'τες, θε'ω'ρι' ζ'νονται τ' ου'τω' σε'π'ης ε' πα'ρα δόξαν μεταβολ'ης. ο'ιη'ταις δε' ι'σως ο' θε'ω'σιος Πέ'τρος ο'τι πα'ρα' που κ' εν'εσηκει ο' κ'αι'ρος τ' βασιλει'ας τ' Θεου, ε'πο'δ'ε'χε' μ'ε' τα' εν' τ' ο'ρα' ε'σ'ρη'β'ας σ'κηνας δε' της' δειν' η'με'ρας Φησιν, ουκ' ε'ιδ'ως ο' λέγει. ε' γδ' υ'ω' κ'αι'ρος τ' σω'τελει'ας τ' αι'ωνος. ε'τε μ'νω' ε' π'ρόντος χρό'νου, ε' λαβ'ον τοις αι'χ'ας τ' ε'πη'η'λε'μ'νης αι'θείς ε'λάδος τ' μέ'γε'ιν. ο' γδ' Παυ'λος φησιν ε'ς με'τα'ρη'μα'τι'ζ' τ' σ'ω'μα τ' ταπεινώσεως η'μ'η'ν, εις τ' η'με'ρας αυ'το' σύμμορφον τ' σ'ω'ματι τ' δόξης αυ'του. Χρισ'τος δη'λον ο'τι. ε'σης ο'υ' εν' ε'ρχ'αίς ε'π' τ' ο'ικονομίας, ε' ε'πω' πε'ρα'σμη'νης, πως υ'ω' ει'κ'ος καταλ'η'ξ'αι Χρισ'τον, τ' εις τ' κόσμον α'γά'πης ε'νεκα' ε'πο'φοι'τή'σθη'τα, ε' πα'την ε'θέλην υ'ψ' αυ'του. σέσωκε γδ' τ' ο'π' ε'ρα'νόν, κ' αυ'τον υ'πομείνας τ' κ'τ' ε'ρα'κα' θάνατον, ε' ε'στ' τ' εν' νεκ'ρ'ων αι'σασέως κ' ε'ρα'ρη'σας αυ'τον; ε'κ' η'δ'ε' το'ι'σ'α'ρο'υ' ο'

A enim continuè criminabantur vt legis transgressorem, ac blasphemum ipsum censebant, tanquam Patris sibi arrogaret indebitam gloriam, dicebantque: *Non est hic à Deo, qui sabbatum non custodit. Et iterū: De bono opere non lapidamus te, sed de blasphemiâ: quia tu homo cum sis, facis teipsum Deum*: vt ostenderet vtrūque crimen inuidiæ esse, ac se neutri horum esse obnoxium; nec verò legis præuaricationem esse, quod gerebatur; autue arrogationem indebitæ gloriæ, quod seipsum Patri æqualem diceret, eos in mediū producit qui claruissent in vtroque. Etenim Moses dedit legem: eratque vt Iudei cogitarent fore, vt is haudquaquam in præuaricatorem remissior esset: nedum vt eius hosti, qui legem posuisset, obsequio adesset. Elias verò zelatus est pro Dei gloriâ, neque & ipse adstitisset, obaudissetque, vt ille Deo aduersatus esset; seque ipsum Deum Patri æqualem, quod non erat, diceret: idque indebitè faceret. Possimus etiam causam aliam dictis addere. Quam porro? Nempe vt discerent, mortis pariter ac vitæ potestatem habere, inque superna ac inferna dominio pollere: idcirco tum eum qui viuus excessisset. Nec verò visi filebant, sed loquebantur excessum, quem completurus erat in Ierusalem: Hoc est, Passionem & Crucem & Resurrectionem. At beati quidem discipuli velut Christo precibus vacante, paululum dormitarunt. Prouidè enim implebantur humana. Exinde excitati, sic venerabilem, miramque, ac nouam mutationem adspectant. Fortè autem ratus diuinus Petrus, adesse tempus regni Dei, lubens eligit moras in monte, aitque, *Vt fiant tria tabernacula; nesciens quid diceret.* Non enim erat tempus consummationis sæculi: Ac neque præsentis temporis est, vt Sancti bona eis in seposita hæctenus recipiât. Ait enim Paulus: *Qui transformabit corpus humilitatis nostræ, vt conforme reddat corpori suo glorioso*: nempe Christus. Cum ergo dispensatio hæctenus inciperet, nec rebus adhuc exhibitis ad terminum deducta esset; haud par erat, vt Christus, qui ex dilectione in mundum, venisset pro ipso mori, abnueret, atque à proposito desisteret. Humanam enim naturam, salutem fecit, tum pro eâ patiens carne; tum per resurrectionem ex mortuis, mortem abolens. Nesciebat itaque Petrus, quid di-

Ioan. 9. v. 16.

Ioan. 10. v. 33.

3. Reg. 19 v. 10.

Luc. 9. v. 30.

Ibid. v. 32.

Phil. 3. v. 21.

ceret. Exceptâ verò mirabili ac inefabili apparitione Christi gloriæ; aliud quoque vtile, necessariumque ad fidem in ipsum firmandam, nedum discipulis, sed & nobis ipsis; exhibitum est. De cælo enim ex nube demissa est vox Dei &

Matth. 17. v. 5. Patris dicentis: *Hic est Filius meus dilectus in quo mihi complacui: Ipsum audite.* Et dum, inquit, fieret vox, inuentus est solus Iesus. Quid ad hæc ait Iudæus durâ ceruice: refractarius ille, inobediensque, & corde insuasibili? En præ-

Luc. 9. v. 36. sente Mose, præcipit Pater sanctis Apostolis, vt eum audiant: ac siquidem voluisset, vt Mosis præcepta sequerentur, dixisset vtique, vt Mosis obtemperarent: vt seruarent legem. Iam verò haudquam id Deus & Pater dicit, sed astantibus Mose, Eliâque eius Prophetâ, vt illum potius audiant, præcipit. Vt ne autem veritas apud nonnullos calumniam patiatur, dicantque, iussisse Patrē vt Mosen potius, non omnium nostrūm Saluatorem Christum, audirent: idē signanter Euangelistâ dicendum fuit; dum vox fieret, inuentum esse Iesum so-

Rom. 10. v. 4.

Ioan. 5. v. 46.

Reg. 15. v. 22

lum. Cū igitur Deus & Pater, velut ex nubibus, desuper Apostolis sanctis præciperet, dicens: *Ipsū audite*: aberrat Moses: Elias non erat: Iesus autem erat solus: ergo præcepit vt ipsum audirent. Etenim ipse finis & legis & Prophetarum. Propterea etiam populis Iudeorū locutus est, dicens: *Si crederetis Moysi, mihi vtique crederetis: De me enim ille scripsit.* Quia verò obstinatē Mosis præceptum aspernari sunt, dictumque per sanctos Prophetas sermonem, nihil ad extremum vsque fecerunt, meritō abdicati sunt, atque à bonis, quorum Patres repromissionem acceperant, depulsi: sicut enim scriptum est: *Obauditio super sacrificium bonum: & odedientia super adipem agnorum.* Et sic quidem Iudaica habent. Nobis verò, qui eius agnouimus apparitionem, erunt planē omnia bona: & per ipsum Christum, & ab ipso: per quem, & cum quo, Deo & Patri, cum Spiritu sancto, gloria & imperium, in sæcula sæculorum: Amen.

A Γερός ὁ αὐτὸς ἔφη. πλὴν τῶν τῆς πατρὸς δόξης καὶ ἀπορρήτου γέα τῆς δόξης τῆς Χειροῦ, πέπρακα καὶ πικρὸν ἔτερον, χρήσιμον τε ἔσται ἀναγκάσι, εἰς βεβαίωσιν τῆς ἐπ' αὐτῷ πίστεως. καὶ οὐχὶ μόνοις τοῖς μαθηταῖς. ἀλλὰ καὶ καὶ ἡμῖν αὐτοῖς. ἐκ νεφέλης γὰρ ἀνώθεν ἐκ τῆς Θεοῦ καὶ πατρὸς, κατεδόθη φωνὴ λέγοντος ὡς ἔστι ὁ υἱός μου ὁ ἀγαπητός ἐν ᾧ ἐβδόκησα. αὐτὸς ἀκούετε. καὶ ἐν ταῖς ἡμέραις φησὶ τῆς φωνῆς, διέρεθη Ἰησοῦς μόνος. τί πρὸς ταῦτα φησὶν ὁ σκληροῦς ἀχρηστός Ἰουδαῖος. ὁ δυσάγωγος, καὶ ἀπειθής, καὶ ἀουτέτητος ἔχων τὴν καρδίαν; ἰδοὺ πρόντος Μωσέως ὁ πατήρ ἐντέλλεται τῶν ἀγίοις ἀποστόλοις ἀκούειν αὐτῶν. ἀλλ' εἰ ἄρα ἰὼ θελητὸν αὐτῶν ταῖς Μωσέως ἀχρηστῶν αὐτοῖς ἐντολαῖς, ἔφη αὐτῷ ὅτι πείθεσθε ὡς Μωσεὶ. τηρεῖτε τὸ νόμον. νυνὶ δὲ ἔδε τῷ τῷ φησὶ ὁ Θεὸς ἔσται πατήρ. ἀλλ' ἐστὼς Μωσέως καὶ τῆς προφητείας αὐτῆς Ἡλίας, αὐτὸς μᾶλλον αὐτοῖς ἀκούειν ὅτι πατήρ ἵνα μηδὲ συκοφαντῆται τῶν πινων ἢ ἀλήθεια. λέγοντων ὅτι Μωσέως μᾶλλον αὐτοῖς ἀκούειν προσητάχεν ὁ πατήρ, καὶ οὐ τῆς πατρὸς ἡμῶν σωτῆρος Χειροῦ. ἀναγκάσι οὖν ὁ διαφελίσις ἐπεσημήνατο λέγων. ὅτι ἐν ταῖς ἡμέραις τῆς φωνῆς, διέρεθη Ἰησοῦς μόνος. ὡς ἐκ νεφελῶν ἀνώθεν ἐντέλλεται λέγων. ἀκούετε αὐτῶν, Μωσῆς μὲν ἀπῆν. Ἡλίας δὲ οὐκ ἔστι μόνος δὲ ἰὼ ὁ Χειρός. αὐτὸς ποιηροῦ ἀκούειν προσητάχεν. ἔσται γὰρ ἔστιν αὐτὸς τέλος νόμου καὶ προφητείας. εἰς τῶν καὶ τοῖς τῶν Ἰουδαίων δήμοις προσηφώνησε λέγων. εἰ πιστεύετε Μωσεῖ, ὅτι πιστεύσατε αὐτῷ καὶ ἐμοί. καὶ γὰρ ἐμὸς ἐκείνος ἔγραψεν. ἔστι δὲ καὶ τῆς εἰς τὸν πόρνον Μωσέως ἀπμαζόντες ἐντολῶν, ἔσται τῆς ἀγίων προσηφώνησιν ἀνετίθεντες λόγον μέγαν. πόρνος μεμνημένοι, δικαίως ἀπηλλοτριώθησαν. καὶ τῶν τῶν πατρῶσι ἀντὶ τῆς ἐπιφελιμῶν ἐξέωθησαν, ἀγαθῶν. ἵσα καὶ γὰρ ἵσα θυσίαν ἀγαθῆν. καὶ ἡ ἐπακρόσις ἵσα τῆς ἀρῶν ἀρῶν γέγραπται. ἔσται μὲν τῶν Ἰουδαίων ἐν τοῖς. ἡμῖν δὲ τοῖς ἐπιγνωκόσι ἔσται ὅτι φαίειαν αὐτῶν, πόρνα πόρτως ἵσα ἀρῶν τα ἀγαθῶν. δι' αὐτῶν τῶν καὶ τῶν Χειροῦ. δι' οὗ, καὶ μετ' οὗ, τῶν Θεῶν καὶ πατρὸς δόξα καὶ κράτος σὺν ἀγίῳ πνεύματι, εἰς τοὺς αἰῶνας τῶν αἰῶνων. Ἀμήν.

Εἰς τὴν ὑπερδόξον μετὰ μύρωσιν τῆς κυρίας καὶ Θεοῦ
καὶ σωτηρίας ἡμῶν Ἰησοῦ Χριστοῦ.

Λ Ο Γ Ο Σ Β'.

ΑΥΓΟΣ μὲν ἐωθινὸς φωτὸς
παρακλύει μύρον, ἀπελαίνει τῶν βλε-
φαρῶν τὸ ὕπνον, καὶ τὸ ἀείρον θρον
τῆς ἡμέρας τὸ λυκαυγὲς ἐφελκ-
μυρον, ἀγαλλύει τὰς τῶν ὀνειρώτων σκιάς· μὴ τυρεῖ δὲ
τῆ τῆ νοῦς προοίσα πᾶς ὄρνις ὅστις ὄσιν ἀδικῆς,
πρὸς τὴν ἀφίσσεως ἐφιζῶν τῶν τοῖς κερμένοις. τῆ γὰρ τῶν
οἰκείων αἰακινήσῃ πτερῶν, πτωκεκτιναξά μύρον τὸ
σιγῶν τῆ ἀπὸ τῆ ὕπνου χρονοτήτι, ἐν τῶν ὄρθρων
τὸ ἀκτῖνα πρὸς βλέπει. Ἐποῖς ἐπὶ κελεύδοντας, ἀφ' ἧ
τὸ οἰκείας ἐγείρει φωνῆς. τὸν αὐτὸν ἔσπον τῆ βυα-
γελικὸς φωτὸς τὸ τὸ οἰκουμηνικῆς ἐκκλησίας πε-
ειλά μύρον οἰκν· ὑποχρεῖται μὲν ὡσπερ νύξ, ἢ
τὸ ῥαθυμίας ἀχλὺς· πᾶσα δὲ σπουδὴ ματαμοτή-
της, κατὰ τῶν ὀνειρώτων παγεῖσα ἀγαλλύεται σκηνῆ·
ἐκ δὲ τῶν ὑψηλοτάτων ἔβημα τὸς κερμένων κε-
ραδεῖ τωσθμ ἀφ' ἡρόπιδουσι τὸ διδασκάλων ὄδα, τῆ
ἔξ ἐπουραίνης μὴ τυρεῖσθαι προοίσα φωτὸς. ἀλλὰ
τοῖς μὲν ὄρνισιν ἀσημος ἢ φωνῆ, διεγείρουσα τοῖς
νω θροῦς πρὸς ἐγρηγῆρσιν· ἐν δὲ τοῖς διδασκάλους
ὄπισθισμος ἢ τῆ Παύλου φωνῆ· ἢ νύξ, βοῶσα,
πρὸς ἐκείνην· ἢ δὲ ἡμέρα ἤπικε. ποία πρὸς ἐκεί-
νυξ, ὡς τὸ ἐκκλησίας διδασκαλε, ποία δὲ ἤπικεν
ἡμέρα. ἀρὰ νυκτὸς ζοφωδετέροις κετερόμυροι
διεπείρας πῶν, ὡς ἐκ νυκτὸς ἡμεῖν φωτὴ
πρὸς πρὸς ζομῶν; ἀλλ' εἰ ἀρὰ ἢ τῶν κερῶν
ἐναλλαγῆ, τὴν τῶν κερῶν ἐναλλαγῶ ἀπειργά-
σατο, ὁ μὲν πρὸς πρὸς χροῦς τῆ πρὸς χροῦς
βελπίων γερῶνται, ὁ δὲ τῆς αἰθροπίνης
πρὸς γερῶνται ἐπαμνος φύσεως· ἀφ' ἐτέρου μὴ
μεταβληθείσης εἰς ἕτερον. ἀπαγέφουσιν οὐ χροῦ
μεταπῶσιν· ἀλλὰ γῶσεως ἐλλαμῶν ἀφ' ἡρόβω
ἐγῶ· Ἐ ὡς ἐπὶ πολὺ κελεύδοντας τοῖς ῥαθυμοῖς
ἐφουπνίζω. αὐτοὶ γὰρ καὶ νύξ ἡμῶν· καὶ νῦν τὸ Χρι-
στὸν ἐνδυσάμενοι, τῆ πρὸς πρὸς τῆ ἡμέρας ἀρ-
μύζομυ. ἡμῶν γὰρ ποτε σῶτος· νῦν δὲ φῶς ἐν
κυρία, βύλομητὸς εἰς Χριστὸν, δι' ὃν αἰθροπὸς πρὸς
πρὸς γερῶνται φῶς. βύλομητὸς εἰς Χριστὸν, δι' ὃν αἰ-
θροπίνη φύσις ἐδδῶνισεν ἐνδύμα Θεῶ, καὶ Θεοῦ
φύσις αἰθροπότητος οὐσία ἀειέθηκε πρὸς ὄσπον.
βύλομητὸς εἰς Χριστὸν, δι' ὃν σθένεται κλάσις, αἰ-
δυμῶν τῆ ἔδικαστο πρὸς τοῖς καταδίκους συστῆ-

A In gloriosissimam Domini & Dei & Salua-
toris nostri Iesu Christi, Transfigurationē.

ORATIO II.

MATUTINI luminis primus
splendor, somnum palpe-
bris abigit: productum-
que diei matutinum cre-
pusculum, somniorum dif-
soluit umbras: Auroræ verò aduentum,
canora omnis auis ab stipitibus ramisq;
ante volatum pendula, testatum facit.
Vnà enim cum inductâ somno mollit-
ie, pennarum quassatione decusso silē-
tio, matutinum radium excipit; voceq;
obstrepente, adhuc dormientibus som-
num adimit. Sic planè, Ecclesiæ uniuers-
falis domo, euangelici luminis illustra-
tâ fulgoribus; abscedat quidem ceu
nox quædam, ignauix caligo: ac verò
haud fecus ac tabernaculum fixum in
somnia, inane omne, stultumque stu-
dium dispellatur: diuinitusque inspira-
tæ magistrorum cantilenæ de altissimis
resonent suggestûs ramis, ac cœlestis lu-
minis testentur aduentum. At auibus
quidem missa vox, quâquam non distin-
cta, pigros ad vigiliam excitat: in ma-
gistris autem, certa est ac distincta Pau-
li vox illa clamans: *Nox processit; dies au-* Rom. 3, v. 12
tem appropinquauit. Quæ nox illa præ-
cessit, ô tu Ecclesiæ Magister: quæ ue-
appropinquauit dies? Ergone caliginos-
fioris temporis detenti commodis, velut
ex nocte, diurno lumini propinquamus?
Enimverò, siquidem mutatio temporû,
malorû effecit mutationem, quod qui-
dem appropinquauit tempus, præterito
melius euasit, humanæ verò naturæ ni-
hil laudis accessit, cùm ipsa nihil ex aliâ
in aliam demutata sit. Apage, inquit.
Scientiæ ego illustrationem, non tem-
poris lapsus, edissero: ac velut diutur-
no sepultos somno, pigros exfuscito. Nâ
& ipsi fuimus nox: nunc autem postquâ
induimus Christum, diei nobis congruit
appellatio. Erasmus enim aliquando tene- Eph. 5, v. 9
bres; nunc autem lux in Domino. Benedi-
ctus es Christe, per quem homo lucis
nuncupationem cōsecutus est. Benedi-
ctus es Christe, per quæ humana natura,
mutuû Deo indumentû præbuit; Deiq;
natura, humanæ substatiæ personam ac
subsistētiam tribuit. Benedictus es Chri-
ste, per quem extinguitur pœna, iudicis
ad reos verita cognitionis necessitudi-

